





COLECCION

DE LOS

BREVES É INSTRUCCIONES

de nuestro Santo Padre

EL PAPA PIO VI.



Non mirum si sua sequitur magna, et Apostolica Sedes, sacras sanctiones sanctarum ecclesiarum inviolatas conservando, et quæ rectæ sunt fidei defendendo, et his qui peccaverunt clementem veniam tribuendo.

Menas Constantinop. Episc. in Conc. Const. ann. 536. *act.* 1. *tom.* 5. *pág.* 47.

COLECCION

DE LOS BREVES É INSTRUCCIONES

DE NUESTRO SANTO PADRE

EL PAPA PIO VI,

RELATIVOS Á LA REVOLUCION FRANCESA

desde el año 1790 hasta el de 1796,

traducidos al español

Por el Dr. D. Pedro Zarandia, Canónigo de la Sta. Iglesia Catedral de Jaca, y Examinador Sinodal de su Obispado.

TOMO III.

Zaragoza: Imprenta de Polo y Monge, hermanos. 1829.

Dilectis filiis nostris S. R. E. cardinalibus, et ven. frat. archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis diœcesium administratoribus regni Galliarum.

PIUS PAPA VI.

Dilecti filii nostri, venerabiles fratres, ac dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

In gravissimis, et multiplicibus curis, quas pro commissâ nobis a supremo pastorum principe Jesu Christo omnium ecclesiarum sollicitudine assiduè sustinemus periculosis hisce temporibus, quibus multi nimis ex eorum numero esse videntur, quos prænunciavit apostolus, qui sanam doctrinam non sustinent, et ad sua desideria coacervantes sibi magistros, a veritate auditum avertunt (1), *non aliud profectò majus neque jucundius experimur solatium, quàm cùm venerabiles fratres episcopos, qui in ejusdem*

(1) Epist. II, ad Tim. cap. IV, v. 3.

A nuestros amados hijos los Cardenales de la S. I. R., á nuestros ven. hermanos los Arzobispos y Obispos, y á nuestros amados hijos los Gobernadores de las diócesis del reino de Francia,

PIO VI PAPA.

Amados hijos nuestros, venerables hermanos y amados hijos, salud y la bendicion Apostólica.

Enmedio de la multitud de gravísimos y continuos cuidados que nos produce el cargo de todas las Iglesias confiadas á nuestra solicitud por el supremo Pastor *Jesucristo N. S.*, y enmedio de circunstancias tan críticas, en las que parece, que un número demasiado considerable de cristianos son de aquellos, que segun anuncia el Apóstol, *no pueden soportar la doctrina sana, y que eligiéndose á medida de sus deseos, maestros de toda clase, cierran sus oidos á la verdad,* (1) no podíamos ciertamente sentir un consuelo mayor ni mas vivo que el que nos ofrecen las pruebas del zelo y actividad con que nuestros hermanos los Obispos que son llamados á tomar par-

(1) Epist. II á Timot. cap. IV. v. 3.

sollicitudinis nostræ partem vocati sunt, ad exequendum officii sui debitum, alacri strenuoque animo incumbere novimus, ac diligentissimè curare, ut gregis ipsis crediti saluti opportuniori, quâ fieri potest, ratione consulant. Ejusmodi verò solatio nuper præter modum affecti sumus, cùm litteras perlegimus omni officio refertas, quas, die 16 *decembris anni superioris, plures fraternitatum vestrarum* Parisiis *degentes, et quas, die* 8 *januarii currentis anni, ii earundem fraternitatum vestrarum, qui* Romæ *commorantur, ad nos conscripserunt. Ex iis enim cognovimus, postulari a nobis, ut singulos ejus Galliarum regni antistites, ac diœcesium administratores tempore, quo episcopales sedes vacant, generali indulto amplioribus nonnullis instruamus* facultatibus, *quò faciliùs quisque possit gregem sibi creditum pascere, et gubernare.*

Haud difficile fuit nobis agnoscere, quàm æqua esset hujusmodi petitio, huic nimirùm temporum acerbitati conveniens, quàm digna sacris præsulibus, qui sui muneris partes et probè agnoscunt, et pro viribus implere contendunt, quique in præfatarum litterarum fine testimonium reddunt

te en nuestra solicitud, se emplean en desempeñar los deberes de su ministerio, y y cuidan de atender exactísimamente á la salud del rebaño que se les ha encomendado, aprovechando á este fin cuantos medios les permiten las circunstancias. De este consuelo tan grande y dulce nos hemos llenado hace poco tiempo al leer las cartas de muchos de entre vosotros, que residen en Paris, las que llenas de las atenciones más respetuosas nos dirigieron con fecha 16 de Diciembre último, y las de otros colegas vuestros, que ahora se hallan en Roma, del 8 de Enero de este año. Por su contexto nos hemos enterado de la solicitud que se nos hace para que concedamos á todos los Obispos de Francia y Gobernadores de las diócesis por el tiempo que estén vacantes las Sedes, un indulto general, y *facultades* mas amplias, á fin de que puedan apacentar mas facilmente y gobernar el rebaño que está á su cargo.

Desde luego hemos reconocido, que su solicitud era muy justa y dictada por estos deplorables tiempos, siendo digna de los santos Prelados, que penetrados de toda la estension de sus deberes, ponen todo su conato en llenarlos, y presentan al fin de las citadas cartas un testimonio de la de-

obsequii, quod gallicanæ ecclesiæ profitentur erga sedis apostolicæ auctoritatem per eas declarationes, *quarum duas hic exscribimus.*

Prima declaratio est, nullam ex facultatibus per sedem apostolicam concedendis a se, vel a subdelegatis, exercendam esse absque præviâ declaratione in ipso actûs tenore inserendâ, nimirùm:—se virtute potestatis ab apostolicâ sede delegatæ procedere, notatâ ipsâ concessionis die.

Altera verò: se strictè observaturos decreta, et ordinationes summorum pontificum, conciliorum, consuetudines ecclesiæ romanæ erga gallicanam ecclesiam in concedendis dispensationibus, censuris tollendis, et in aliis quibuscumque actibus indultorum virtute factis.

Itaque de consilio selectæ ven. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium congregationis coràm nobis habitæ die 19 *januarii proximè præteriti, fraternitatibus vestris, vobisque, dilecti filii diœcesium administra-*

ferencia y respeto que la Iglesia de Francia profesa y tiene á la autoridad de la Sede Apostólica por las *declaraciones*, de que insertamos las dos siguientes.

La primera declaracion dice, "que no „ejercerán ninguna de las facultades que se „concedan por la Sede Apostólica, ni por „sí, ni por sus delegados sin una declara„cion previa que se insertará en el mismo „tenor de la acta, espresándose, que pro„ceden en virtud de la potestad delegada „por la Santa Sede, y anotándose la fecha „de la concesion."

La segunda declaracion es, "la de que „cumplirán exactamente los decretos y ór„denes de los Sumos Pontífices, de los Con„cilios y los usos de la Iglesia Romana con„cernientes á la Iglesia de Francia para la „concesion de dispensas, absolucion de cen„suras y demas actos que se hicieren en vir„tud de los indultos."

Por tanto, tomado el parecer de una congregacion escogida de nuestros venerables hermanos los Cardenales de la S. I. R. celebrada á nuestra presencia el 19 de Enero último, os concedemos por las presentes á vosotros, venerables colegas nuestros en el episcopado, y á vosotros amados hijos nuestros los Gobernadores de las dióce-

tores, concedimus per præsentes litteras facultates pro tempore et modo in adnexo indulto generali exprimendis, *denuò declarantes, per novam hanc facultatum concessionem nullum præjudicium irrogatum iri juribus in præcedenti indulto reservatis, si quæ sint, quibusque fruantur sedes aliquæ episcopales super alias.*

Cæteroquin confortamini, ven. fratres, in Domino, et in potentiâ virtutis ejus, atque induti armaturam Dei adversùs mundi rectores tenebrarum harum (1), certate, ut cœpistis, tamquàm strenui milites (2) Christi. *Neque enim alio magis, quàm tribulationis tempore, oportet sacros antistites solidam illam christianam virtutem, et sacerdotalem præferre constantiam, quâ juxtâ monitum apostoli instructi esse dèbent*, ut potentes sint exhortari in doctrinâ sanâ; et eos, qui contradicunt, arguere (3). *A nobis autem cuncta tùm pontificiæ auctoritatis præsidia, tùm paternæ benevolentiæ testimonia sem-*

(1) Ephes. cap. VI, v. 10.
(2) Ep. II, ad Tim. cap. II, v. 3.
(3) Tit. cap. I. v. 9.

sis, *las facultades solicitadas por el tiempo y en la forma que se espresarán en el adjunto indulto general*, declarando otra vez, que esta nueva concesion de facultades no perjudicará absolutamente á los derechos reservados en el precedente indulto á las iglesias episcopales que puedan poseer sobre otras en virtud de algun privilegio especial.

„Por lo demas, ven. hermanos, tened „confianza en el Señor y en su virtud om„nipotente; tomad las armas espirituales pa„ra combatir contra los Príncipes de este „mundo tenebroso. (1) Continuad peleando „segun habeis comenzado, como soldados „valientes de Jesucristo." (2) Nunca mejor que en tiempo de tribulacion conviene que los santos Prelados muestren aquella sólida virtud cristiana, y la constancia sacerdotal de que deben estar adornados segun la prevencion del Apóstol, á fin de que puedan exhortar eficazmente conforme á la sana doctrina, y refutar á los que la contradigan. (3)

Esperad de Nos con confianza todos los auxilios de la autoridad pontificia y los testimonios de nuestra benevolencia paternal,

(1) Ephes. cap. VI, v. 10.
(2) Epist. II á Timot. cap. II v. 3.
(3) Tit. cap. I v. 9.

per expectate, quorum interim pignus vobis, dilecti filii nostri, ven. fratres, ac dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die decimâ nonâ martii MDCCXCII, pontificatûs nostri anno decimo octavo.

PIUS qui suprâ.

Facultates concessæ ab apostolicâ sede, singulis archiepiscopis, et episcopis, ac diœcesium administratoribus regni Galliarum communionem, et gratiam sedis apostolicæ habentibus.

1.° *Absolvendi ab omnibus casibus sedi apostolicæ quomodolibet reservatis, ac præsertim absolvendi ab omnibus ecclesiasticis censuris quoscumque laicos et ecclesiasticos tàm sæculares, quàm regulares utriusque sexûs, atque eos etiam, qui schismati adheserunt, et juramentum civicum emisserunt, in eoque perstiterunt ultrà quadraginta dies in apostolicis litteris diei* 13 *aprilis superioris anni pro incurrendâ* suspensione

de que en el entretanto os damos por prenda con el mas vivo afecto, amados hijos nuestros y venerables hermanos, la bendicion apostólica.

Dado en Roma, en S. Pedro á 19 de Marzo de 1792, año 18.º de nuestro pontificado.

PIO.

Facultades concedidas por la Sede Apostólica á todos los Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las diócesis del reino de Francia, que viven en comunion y gracia con la Sede Apostólica.

1.º De absolver de todos los casos reservados á la Sede Apostólica, sean los que fueren, y especialmente de absolver de todas las censuras eclesiásticas á todos los legos y eclesiásticos, asi seculares como regulares de ámbos sexos, aun á aquellos mismos que hayan sido adictos al cisma, y hayan prestado el juramento cívico, perseverando en su adhesion mas del término de los cuarenta dias, señalado por Nos en nuestro Breve apostólico del 13 de Abril del año último, bajo la pena de incurrir en

a divinis *præfinitos*, *dummodò tamen, seu postquàm publicè*, *et palàm idem juramentum retractaverint*, *et fidelium scandalum reparaverint eo meliori modo, quo fieri poterit.*

2.° *Dispensandi promovendos ad ordines tàm minores quàm sacros*, *aut iisdem ordinibus jam initiatos*, super irregularitatibus *quoquomodo incursis*, *et etiam ab illâ, quam incurrerunt violatores suspensionis latæ per easdem apostolicas litteras diei* 13 *aprilis, dummodò isti, antequàm dispensentur, juramentum civicum purè*, *et simpliciter emissum publicè*, *et palàm retractent: exceptis tamen irregularitatibus*, *quæ proveniunt ex bigamiâ verâ, vel ex homicidio voluntario ; et in his etiam duobus casibus conceditur facultas dispensandi*, *si præcisa necessitas proborum operariorum ibi fuerit, dummodò tamen, quoad homicidium voluntarium*, *ex hujusmodi dispensatione scandalum non oriatur.*

3.° *Dispensandi*, *et commutandi* vota simplicia *etiam castitatis ex rationabili causa in alia pia opera*, *idque ergà virorum,*

la suspension *á divinis*; pero en todo caso, despues que hubiesen retractado públicamente y en presencia de testigos dicho juramento, y reparado del mejor modo posible el escándalo que causaron á los fieles.

2.º De dispensar á los que hayan de ser promovidos á los órdenes, ya menores, ya sagrados, ó que hubiesen recibido estos órdenes, de todas las *irregularidades* en que hubiesen incurrido, y aun de la que hubiesen incurrido por haber violado la suspension impuesta por el espresado Breve apostólico del 13 de Abril, con tal que ántes de concedérseles la dispensa, retracten públicamente y en presencia de testigos el juramento cívico, prestado pura y simplemente, esceptuando sin embargo las irregularidades que provengan de la bigamia verdadera, ó del homicidio voluntario; y aun en estos dos casos se concede la facultad de dispensarlos, cuando ocurriese una absoluta necesidad de buenos operarios, siempre que por lo que respeta al homicidio voluntario no resulte escándalo de darse la dispensa.

3.º De dispensar y conmutar con causa justa *los votos simples*, aun el de castidad, en obras piadosas, y esto en favor de

ac mulierum congregationes, quarum membra his vinculis constringerentur, non tamen votum religionis.

4.° *Dispensandi in matrimoniis contractis, et contrahendis* super impedimento publicæ honestatis *justis ex sponsalibus proveniente.*

Dispensandi super impedimento criminis, *neutro tamen conjugum machinante, ac restituendi jus petendi debitum amissum.*

Dispensandi in impedimentis cognationis spiritualis, *præterquám inter levantem, et levatum.*

Dispensandi in tertio et quarto gradu consanguinitatis, et affinitatis *simplici, et mixto, non solum cùm pauperibus, sed etiam cùm divitibus in matrimoniis tám contractis, quám contrahendis.*

Dispensandi etiam in secundo simplici et mixto, dummodò nullo modo attingat, primum gradum, tám in contractis, quám in contrahendis, non solùm cum pauperibus, sed etiam cum divitibus.

Omnes verò dispensationes matrimoniales non concedantur nisi cum clausulâ:

las congregaciones de hombres y de mugeres, cuyos individuos hubiesen contraido estos vínculos, pero sin que en esto se comprenda el voto de religion.

4.° De dispensar en los matrimonios contraídos ó por contraer, *del impedimento de pública honestidad*, que provenga de esponsales válidos; de dispensar del impedimento *del crimen*, con tal que ninguno de los consortes haya atentado contra el otro, y de restablecer el derecho de pedir el débito que hubiese perdido una de las partes.

De dispensar de los impedimentos de *cognacion espiritual*, escepto entre padrino y ahijado.

De dispensar en tercero y cuarto grado de *consanguinidad y afinidad*, simples y mixtos, no solamente á los pobres, sino tambien á los ricos, en los matrimonios contraídos ó por contraer.

De dispensar tambien en segundo grado simple y mixto, con tal que la dispensa de ningun modo alcance al primer grado, en los matrimonios contraídos ó por contraer, no solo respecto de los pobres, sino tambien respecto de los ricos.

No se concederán las dispensas matrimoniales, sino bajo la cláusula „con tal que no

dummodò mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat. *Ipsi autem sive archiepiscopi, sive episcopi, sive diœcesium administratores, (gravissimè singulorum conscientiâ oneratâ), omnes, et singulas dispensationes matrimoniales a se concessas, et concedendas referre teneantur in* regestrum *authenticum apud ipsos accuratè, et occultè servandum, et cum inscriptione nominum dispensandorum.*

5.º *Dispensandi* a defectu ætatis *trium mensium pro sacris ordinibus suscipiendis; salvis tamen indultis dispensandi super defectu ætatis tredecim mensium jàm concessis ab apostolicâ sede nonnullis episcopis, et diœcesium administratoribus.*

6.º *Conferendi ordines* extra tempora *in casu utilitatis, vel necessitatis, si de episcopis sermo sit: et dispensandi pro recipiendis ordinibus* extrà tempora, *si de administratoribus diœcesium, sede vacante, agatur.*

7.º *Disponendi* in beneficiis *parochialibus, aliisque titulis ecclesiasticis, quibus adnexa est cura animarum, in gratiam presbyterorum sæcularium, vel regularium cu-*

„haya habido rapto de muger, ó si lo hubiese „habido, ella no esté en poder del raptor." Los Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las diócesis (bajo la mas estrecha responsabilidad de sus respectivas conciencias) deberán inscribir en un *registro* auténtico, que guardarán en su poder con cuidado y en secreto, todas y cada una de las dispensas matrimoniales que concedan, con espresion de los nombres de las personas en cuyo favor las despachen.

5.º De dispensar *el defecto de edad* por tres meses á los que han de recibir los órdenes sagrados, entendiéndose sin perjuicio de los indultos de dispensar el defecto de edad por trece meses, concedidos ya por la Sede Apostólica á algunos Obispos y Gobernadores de las diócesis.

6.º La de que puedan los Obispos conferir órdenes *extra tempora*, en el caso de utilidad ó necesidad, y por lo que respeta á los Gobernadores de las diócesis, la de que puedan, en sede vacante, dispensar y dar dimisorias para recibir las órdenes *extra tempora.*

7.º De disponer de los beneficios curados y otros títulos eclesiásticos que tuviesen anexa la cura de almas en favor de los presbíteros seculares ó regulares de cual-

juscumque instituti, *non habitâ ratione sæcularitatis, vel regularitatis hujusmodi titulorum, in defectu tamen presbyterorum sæcularium, quibus præfata beneficia sæcularia, vel presbyterorum regularium, quibus beneficia regularia conferantur: item conferendi eadem beneficia, non obstante* regulâ mensium, et usu alternandi *pro illis diœcesibus, in quibus prædicta regula mensium, et præfatus usus alternandi observatur.*

8.° *Concedendi* facultatem *religiosis cujuscumque ordinis, aut congregationis in aliud institutum transeundi, quamvis regula in hoc vigens minùs foret austera quàm in eo, in quo professionem emiserunt.*

9.° *Concedendi* licentiam *regularibus exemptis, vel non exemptis cujuscumque ordinis, et instituti, qui extrà conventum vivere, et regularem habitum dimittere coacti sunt, induendi vestes sæculares, ecclesiastico tamen viro convenientes, ac permanendi in eo habitu sub obedientiâ ordinarii, quatenùs superiores regulares non adsint, aut nullâ uti possint in suos subditos jurisdictione, firmâ tamen remanente solemnium votorum obligatione.*

quiera instituto, sin atender á la cualidad de secular ó regular; pero entendiéndose, que esto sea en defecto de presbíteros seculares para la colacion de beneficios seculares, y de presbíteros regulares para la colacion de beneficios regulares: de conferir tambien los mismos beneficios, sin que obste *la regla ù orden de meses* y el uso de alternativa entre los patronos en aquellas diócesis donde estuviese establecido.

8.° De conceder á los religiosos de cualquiera orden ó congregacion que sean, *licencia* para pasar á otro instituto, aun cuando la regla que se observa en este sea menos austera que en aquel en que hicieron profesion.

9.° De conceder *licencia* á los regulares esentos ó no esentos de cualquiera orden ó instituto que han sido obligados á vivir fuera del convento, y á dejar su hábito para poder llevar vestido secular, pero que sea decente y propio de un eclesiástico, y de permanecer, vistiéndose asi, bajo la obediencia del ordinario por todo el tiempo que dure la ausencia de los superiores regulares, ó que estos no puedan ejercer la jurisdiccion sobre sus súbditos; pero quedando en su fuerza y vigor la obligacion de los votos solemnes de religion.

10. *Præsidendi* electionibus, *easdem confirmandi, dandi obedientias; et generatim, in domibus puellarum directioni regularium subjectarum, omnia obeundi munia superiorum immediatorum, quotiescumque iidem absentes erunt, aut impediti, vel in providendo negligentes officio deerunt, ita ut procedant* tamquàm sedis apostolicæ delegati; *salvo tamen jure, quod juxtà canonicas sanctiones in easdem domos, sive personas quocumque ex titulo jám habere noscuntur; pariter iisdem tamquàm sedis apostolicæ delegatis datur facultas concedendi immunitatem religiosis utriusque sexûs etiam exemptis, tùm omnibus collectivè, tùm speciatim singulis, ab eâ regularum aut constitutionum parte observandâ, quam in præsenti rerum statu absque gravi incommodo observare nequeunt.*

11. In articulo mortis, indulgentiam plenariam impertiendi *juxtà formulam a Benedicto XIV præscriptam in suâ constitutione datâ die 7 mensis aprilis* 1747.

12. Renovandi, et prorogandi *indulgentias a summis pontificibus religiosis domi-*

10. De presidir *las elecciones*, de confirmarlas, de dar audiencias, y generalmente de desempeñar en los conventos de monjas que están sujetos á la direccion de los regulares, todas las funciones de los superiores inmediatos, siempre que estos se hallasen ausentes ó no pudiesen cumplir con su oficio, ó fueren negligentes; pero procediendo *como delegados de la Sede Apostòlica* salvo con todo el derecho que se sabe obtienen segun las disposiciones canónicas, respecto de dichos conventos ó personas, por cualquiera título que sea. Igualmente les damos como á delegados de la Silla Apostólica, la facultad de conceder á los religiosos de ambos sexos, aunque sean esentos, bien á todos colectivamente, ó bien á cada uno individualmente la dispensa y esencion de guardar aquella parte de sus reglas ó constituciones que no les sea posible cumplir en las circunstancias actuales sin grave inconveniente.

11. De conceder *en el artículo de la muerte indulgencia plenaria*, con arreglo á la fórmula prescrita por el Papa Benedicto XIV en su constitucion del 7 de Abril de 1747.

12. De renovar y *prorogar* las indulgencias concedidas por los Sumos Pontífices á

bus, et congregationibus ad tempus concessas, prout postulabit rerum, vel temporum necessitas; item transferendi *omnes, et quascumque indulgentias concessas, et assignatas quovis titulo ecclesiis cathedralibus, aut parochialibus, quas invasere pseudo-pastores, ad illas ecclesias, in quibus catholici conveniunt divinum officium celebraturi.*

13. Communicandi *prædictas facultates, non tamen illas, quæ requirunt ordinem episcopalem, in totum, vel in parte, prout secundum eorum conscientiam judicaverint, sacerdotibus idoneis, tàm pro omnibus locis, quàm pro aliquibus suarum diœcesium, et ad tempus ipsis benevisum, prout magis in Domino expedire judicaverint; necnon easdem, quatenùs opus fuerit,* revocandi, *sive etiam* moderandi *tàm circà illarum usum, quàm circà loca, et tempus easdem exercendi.*

14. *Potestatem* subdelegandi *simplicibus presbyteris facultates, non requirentes ordinem episcopalem, quæ Galliarum archiepiscopis, et episcopis concessæ fuerunt per indultum generale diei* 10 *mensis maii superioris anni: archiepiscopis verò Parisiensi, et Lugdunensi, atque antiquioribus episcopis cujusque provinciæ regni Galliarum potestatem subdelegandi etiam facultates illas, quæ juxtà resolutiones diei* 18 *mensis*

las casas religiosas ó congregaciones por cierto tiempo, segun lo exija la necesidad de las circunstancias ó tiempos, y tambien de *trasladar* todas y cada una de las indulgencias concedidas y asignadas bajo cualquiera título á las iglesias catedrales ó parroquiales, invadidas por los Pastores intrusos á aquellas iglesias en que se congregan los fieles á celebrar los oficios divinos.

13. De *comunicar* á sacerdotes idóneos las espresadas facultades, esceptuando las que requieren órden episcopal, en todo ó en parte, segun les dicte su conciencia, ya sea para toda la diócesi, ó parte de ella, por el tiempo que estimen oportuno y crean convenir á la causa de Dios; é igualmente de *revocarlas* ó *modificarlas*, mientras lo exigiere la necesidad, sea tocante al ejercicio, ó respecto del lugar ó duracion de dichas facultades.

14. La potestad de *subdelegar* á los simples sacerdotes las facultades que no requieren el órden episcopal, y se concedieron á los Arzobispos y Obispos de Francia por el indulto general del 10 de Mayo del año último: concedemos tambien á los Arzobispos de Paris y de Leon, y á los Obispos mas antiguos de cada provincia del reino de Francia las facultades que con arreglo á la

augusti speciatim iisdem concessæ fuerunt die 26 septembris proximè præteriti (1). *Hæ autem facultates prorogantur ad tempus hujus indulti.*

Omnes verò prædictæ facultates conceduntur ad annum *ab hâc die incipientem, si tamdiu horum temporum calamitas perduraverit.*

Conceduntur prætereà eâ lege, *ut nullo pacto eis liceat iisdem uti extrà fines suæ diœcesis, neque in locis dominio regis christianissimi non subjectis.*

Demùm conceduntur sub eâ conditione, *ut archiepiscopi, episcopi, ac diœcesium administratores, in exercitio cujuscumque ex commemoratis facultatibus, expressè declarent, illas ab ipsis concedi,* tamquàm a sedis apostolicæ delegatis: *quæ declaratio in ipso actûs tenore inserenda erit.*

(1) Vid. pag. 196 et 220, tom. II. huj. op.

resolucion del 18 de Agosto les fueron dadas á los mismos el 26 de Setiembre último (1), cuyas facultades se prorrogan por el término y tiempo de este indulto.

Todas las espresadas facultades se conceden *por un año*, que comenzará desde esta fecha, si por desgracia llègasen á durar todo ese tiempo los males actuales.

Además debe entenderse, que se conceden *bajo la condicion*, de que ninguno pueda ejercerlas fuera de los límites de su diócesi, ni en parte alguna que no pertenezca á los dominios del Rey cristianísimo.

Finalmente se conceden *bajo la condicion*, de que los Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las diócesis hayan de declarar espresamente en el uso de cada una de las facultades referidas, que las conceden *como delegados de la Sede Apostólica*, cuya delaracion deberá insertarse en el mismo tenor de la acta.

(1) Véase pag. 197 y 221 del tomo II. de esta obra.

Venerabili fratri Joanni episcopo Aleriensi

PIUS PAPA VI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Ubi communis est error, ibi communes quoque oportet esse monitiones, quas apostolicæ sedis et ecclesiæ charitas præmittendas ducit canonicis pœnis. Per novas litteras diei 19 *elapsi mensis*, dilectis filiis nostris S. R. E. cardinalibus, et ven. fratribus archiepiscopis, et episcopis, atque dilectis filiis capitulis, clero, et populo regni Galliarum *datas*, *monuimus nos rursùs* generatim *auctores*, *fautoresque omnes civilis constitutionis cleri illius regni*, et speciatim *episcopos consecrantes, et adsistentes, pseudo-episcopos consecratos et intrusos, eorumque vicarios, episcopos civico jurejurando obstrictos, parochos intrusos, vicarios, aliosque presbyteros ab intrusis episcopis ejusdem regni approbatos, et delegatos, præfixo iis, qui* speciatim *moniti sint, se-*

A nuestro venerable hermano Juan, Obispo de Aleria,

PIO VI PAPA.

Venerable hermano, salud y la bendicion Apostólica.

Cuando el error ha llegado á hacerse general en alguna parte, la caridad de la Iglesia y de la Sede Apostólica exige, que precedan moniciones tambien generales á la imposicion de las penas. Por un nuevo Breve del 19 del mes último, dirigido *á nuestros amados hijos los Cardenales, venerables hermanos los Arzobispos y Obispos, y amados hijos los cabildos, clero y pueblo del reino de Francia*, hemos vuelto á hacer moniciones generales á los autores y cómplices de la constitucion civil del clero de dicho reino, y *especialmente* á los Obispos consagrantes y asistentes, á los Seudo-Obispos consagrados é intrusos y á sus vicarios, á los Obispos que han hecho el juramento cívico, á los párrocos intrusos, á los vicarios y demás sacerdotes aprobados y delegados por los Obispos intrusos de dicho reino, prefijando á los que han sido amonestados

xaginta dierum spatio pro secundâ, aliorumque sexaginta dierum pro tertiâ monitione.

Dolentes itaquè nos, istiusmodi civilem constitutionem cleri Galliarum invectam fuisse in istam etiam insulam, tibi, ven. frater, tuisque collegis episcopis plura mittimus harum litterarum typis romanis editarum exempla, veluti tibi, tuisque item collegis misimus jàm alia exempla priorum nostrarum monitorialium litterarum, diei 13 aprilis superioris, anni 1791, ut quisque vestrùm, quoad ejus fieri poterit, circumferendas curet secundas has litteras, quemadmodùm de prioribus præstitit, ad capitula, ad parochos, ad clerum, populumque singularum diœcesium, utque nostris suas quoque sollicitudines, et curas adjungat.

Haud ignoramus equidem, ubi primùm nuntiatus est in istam insulam priorem nostrarum litterarum adventus, nihil isthîc violentiæ, aut injuriæ omissum fuisse, quo nostræ paternæ voces in irritum caderent. Haud quoque ignoramus, eò etiam deventum fuisse initio mensis maii ejusdem anni 1791, ut licet superstites essent omnes insulæ episcopi, electus fuerit juxtà constitutionem præfatam, in episcopum insulæ uni-

especialmente sesenta dias por la segunda monicion, y los sesenta dias siguientes por la tercera.

Habiendo llegado á saber con el mas vivo dolor que tambien en vuestra isla se ha introducido la mencionada constitucion civil del clero de Francia, os remitimos, venerable hermano, é igualmente á los demás Obispos vuestros colegas, muchos ejemplares de dichos Breves impresos en Roma, del mismo modo que lo hicimos antes, enviándoos tambien ejemplares de nuestras primeras letras monitoriales del 13 de Abril de 1791, con el designio de que cada uno de vosotros cuide de comunicar y circular, en cuanto permitan las circunstancias este segundo Breve, como el primero, á los cabildos, párrocos, clero y pueblo de vuestras respectivas diócesis, y de que tomeis parte en nuestra solicitud y zelo.

No ignoramos que apenas se hubo anunciado en esa isla la llegada de nuestro primer Breve, se empleó todo género de violencias é injurias, á fin de que se frustráran y quedáran sin efecto nuestras prevenciones paternales. Tampoco ignoramos, que á principios del mes de Mayo de 1791 sin embargo de vivir aun los Obispos de la isla, fue nombrado Obispo de toda ella con arreglo

versæ Ignatius-Franciscus Guasco, *civitatis Bastiæ, vir senili jam provectus ætate, multùmque dissimilis a ven. fratre episcopo Marianensi, cujus et aliorum etiam episcoporum vicarias vices gessit longo temporis intervallo.*

Neque ignoramus, hujusmodi electum, exeunte mense junio, nefario ausu curasse, ut sibi in civitate Aquensi per intrusum episcopum sacrilegè manus imponerentur, omnibus pessumdatis legibus cùm veteris, tùm novæ ecclesiæ disciplinæ. Neque item ignoramus pastoralem epistolam, quam ipse ad patriam reversus, et ad spirituale insulæ regimen invectus vulgandam curavit, die 10 *julii, ejusdemmet anni, quæ nihil præfert, quod sacrum caracterem non deturpet, atque dedecoret, quæque iis non cohæreat fictis ac simulatis zeli, charitatis, et cum hâc sanctâ sede communionis sensibus, quibus intrusi omnes in suis pastoralibus usi sunt; sensibus nimirùm, qui ipsorum factis adversâ fronte pugnant, quorumque falsitatem prioribus, et alteris nostris litteris satis luculenter deteximus.*

Temeraris hisce ausibus adjunxit in-

á dicha constitucion *Ignacio Francisco Guasco* natural de *Bastia*, hombre de edad avanzada, y cuyo modo de pensar es tan diferente del de nuestro venerable hermano el Obispo de Mariana, de quien y de otros Obispos, había sido vicario por mucho tiempo.

Sabemos igualmente, que despues de su eleccion á fines del mes de Junio, cometió la temeridad de hacer que un Obispo intruso en la ciudad de Aix, le impusiera sacrílegamente las manos, violando de este modo todas las leyes de la Iglesia, y su disciplina ya antigua, ya moderna. Nos consta tambien, que regresado á su patria, y habiéndose apoderado del gobierno espiritual de la Isla, publicó el 10 de Julio del mismo año una carta pastoral que nada contiene qne no degrade y eche un borron al sagrado caracter de un Obispo, y que no sea conforme con aquellos sentimientos afectados y cubiertos con la capa de zelo, de caridad y de comunion con la santa Sede, que siempre han ostentado todos los intrusos en sus pastorales: sentimientos que sin embargo son diametralmente opuestos á sus hechos y conducta, y cuya falsedad hemos hecho ver en nuestros Breves anteriores.

El intruso ha añadido á estos atentados

trusus electionem vicariorum, destinationem alicujus confessarii, et concionatoris; dispensationes matrimoniales concessit, aliosque actus peregit, qui ex defectu jurisdictionis irriti declarati jàm erant memoratis nostris litteris, diei 13 aprilis. Nec tantorum criminum cumulo perterrefactus dubitavit nefariam etiam ordinationem facere, elapso mense decembri, necnon confirmationis sacramentum ministrare, quamvis minimè ipsum lateret, se juxtà canones, et earumdem nostrarum litterarum vi suspensum *omninò* esse ab exercitio ordinis episcopalis.

At si adeò miserè erravit intrusus unà cum asseclis, et fautoribus suis illud sanè non levi afficit nos consolatione, quòd primas nostras monitiones multæ retractationes exceperint, præsertim in provinciâ Balagnæ, quòdque boni magno item numero ita in suâ constantiâ perstiterint, ut multi ex utroque clero ecclesiastici, et multi etiam sæculares invicto animo gravissimas injurias pertulerint, et carceres etiam alii per plures dies, alii per quatuor menses tolerarint.

Gloriosum item constantiæ suæ monu-

el de elegirse sus vicarios y de nombrar un penitenciario y magistral; ha concedido dispensas de matrimonio, y ha ejercido otros actos que ya de antemano habiamos declarado nulos por *defecto* de *jurisdiccion* en nuestro Breve del 13 de Abril. Y sin arredrarse á la vista de tantas maldades, ha cometido tambien el criminal atentado de conferir órdenes y de administrar el sacramento de la confirmacion, á pesar de constarle, que con arreglo á los sagrados Cánones, y en virtud de nuestro Breve, estaba *suspenso* del ejercicio del orden episcopal.

Mas si este intruso, y sus cómplices y partidarios, han claudicado tan miserablemente, por otro lado hemos esperimentado el mayor consuelo al saber que nuestras primeras moniciones han producido un gran número de retractaciones, particularmente en la provincia de Balaña, y que un número igualmente considerable de los buenos, se han mantenido tan firmes en su constancia, que muchos eclesiásticos de ambos estados, y muchos tambien de los mismos seglares han soportado con un valor heróico las injurias mas atroces, y aun la prision, unos por el espacio de muchos dias, y otros por cuatro meses enteros.

Es glorioso el testimonio que de su ad-

mentum quinque egregii episcopi ediderunt, quorum alter perstat adhuc in insulâ, firmiter perseverans in novitatum detestatione, et quorum alii quatuor a suis dicesserunt diœcesibus, et ab eâdem insulâ per violentiam adacti, veluti factum est de venerabilibus fratribus Marianensi, et Nebbiensi episcopis. Nam horum primus, nullâ interjectâ morâ, est ad discedendum coactus; alter verò, postquàm septemdecim dierum spatio, adstantibus continuò militibus, fuerat domi detentus; cæteri autem non aliâ ex causâ discesserunt, nisi quia majores ærumnas, et mala gregibus suis timuerunt, quemadmodùm reapsè timuisse constat venerabilem fratrem Adjacensem episcopum, et te, qui, sub finem præteriti anni, non destitisti tuas adversùs civilem cleri constitutionem protestationes emittere. Omnes autem quotquot sunt, sive præsentes, sive absentes episcopi in id sedulò incumbunt, ut eo, quo possunt, modo gregi suo auxilium, opemque ferant, ita ut et boni pastores, et bonus grex digni pariter sint, qui summis laudibus afficiantur.

Hæ itaquè novæ litteræ, quas modò ad vos damus, incitamento erunt utrisque, ut

mirable constancia han presentado tambien los cinco ilustres Obispos, de los cuales el uno se ha mantenido siempre en la Isla, mostrando con la mayor firmeza su horror á las novedades, y los otros cuatro dejáron sus diócesis, y partieron de la Isla obligados por la fuerza, como ha sucedido á nuestros venerables hermanos los Obispos de Nevvio, y de Mariana; á este se le mandó salir sin demora; y al otro despues de haber estado 17 dias detenido en su palacio episcopal, rodeado de soldados: los demas saliéron por preservar á sus rebaños de mayores males y trabajos; cuyo temor consta que tuvo en efecto nuestro venerable hermano el Obispo de Ayaccio, y lo habeis tenido vos igualmente no habiendo cesado de hacer continuas protestas hasta fines del año último contra la constitucion civil del clero. Pero al mismo tiempo todos estos Obispos, ya presentes, ya ausentes, buscan con el mayor estudio cuantos medios estan á su alcance para proporcionar auxilios á sus rebaños, por manera, que estos zelosos Pastores, y la parte sana de la grey se han hecho acreedores á los mayores elogios.

Asi pues el nuevo Breve que os dirigimos, servirá para estimular á unos y á

singuli in proposito persistent; simulque patefaciant iis omnibus, qui erraverunt, et præsertim intruso, ejusque vicariis, et cæteris presbyteris ab ipso approbatis, et delegatis, suorum criminum horrorem, nullitatem actorum, et ultimæ pœnæ gravitatem, quæ contrà ipsos certè declarabitur, si paternâ clementiâ nostrâ pergent abuti.

Quoniam verò ecclesiasticorum, populique istius insulæ conditio æqualis omninò esse debet ecclesiasticorum, populorumque Galliarum conditioni, ita concedere declaramus ven. fratribus episcopis Corsicæ, pro singulis suis diœcesibus, easdem illas facultates, *quas concessimus jàm archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum; et hanc ipsam ob causam hisce adjungimus plura* facultatum *exempla* (1), *quibus unusquisque vestrûm uti poterit ad celerius occurrendum spirituali populorum bono in tali, ac tantâ rerum calamitate, quam Deus optimus maximus quàm citissimè avertat, veluti ipsius misericordiâ freti speramus futurum; dùm*

(1) Vid. pag. 12. huj. tom.

otros para que se mantengan firmes en su buen propósito, y haga ver tambien á los que han prevaricado, y principalmente al intruso, á sus vicarios y demas presbíteros aprobados y delegados por él, el horror de sus crímenes, la nulidad de los actos que han ejercido, y el rigor de las penas que indefectiblemente les impondremos si se obstinan en abusar de nuestra clemencia paternal.

Mas debiendo ser la condicion de los eclesiásticos y del pueblo de esta Isla igual y la misma que la de los eclesiásticos y pueblo de Francia, hemos acordado conceder á nuestros venerables hermanos los Obispos de Córcega en favor de sus respectivas diócesis, las mismas *facultades* que hemos dispensado ya á los Arzobispos y Obispos de Francia, y por esta misma razon os enviamos adjuntos muchos ejemplares de dichas facultades (1); á fin de que cada uno de vosotros pueda usar de ellas para suministrar prontamente los socorros espirituales á los pueblos, enmedio de tantas calamidades que plegue á Dios todo poderoso, cesen en breve, como lo esperamos llenos de confianza en su misericordia. En el entretanto, ven.

(1) Véase mas arriba, pág. 13.

intereà tibi, venerabilis frater, gregique tuæ curæ concredito apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die IV aprilis MDCCXCII, pontificatûs nostri, anno XVIII.

Benedictus Stay.

Eodem exemplo, mutatis mutandis, episcopis Adjacensi, Sagonensi, Nebbiensi, Marianensi.

hermano nuestro, os damos con el afecto mas tierno la bendicion Apostólica, como tambien á la grey confiada á vuestra solicitud pastoral.

Dado en Roma en S. Pedro, sellado con el sello del Pescador á 4 de Abril de 1792. Año 18.º de nuestro Pontificado.

Benedicto Stay.

El mismo Breve, hecha la variacion necesaria, se dirigió á los Obispos de Ayaccio, de Sagona, de Nevvio y de Mariana.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Avenionensi, et episcopis Carpentoractensi, Caballicensi, et Vasionensi, ac dilectis filiis capitulo, clero, et populo civitatis Avenionensis et Venaisini comitatûs, nostræ ditionis,

PIUS PAPA VI (1).

Venerabiles fratres ac dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Dùm nos iterùm hasce vobis apostolicas litteras damus, uti pastor universalis ac princeps vester, non aliam sanè opportunam magis, magisque tutam arbitramur rationem inire non posse, quàm si commendatione eos prosequamur, quos fideles Deo ac principi suo incusat, et damnat præsens nationalis conventûs gallicanus, et contrà si rursùs eos moneamus, atque ad pœnitentiam excitemus quos Deo suoque principi rebelles, non sine incredibili gentium o-

(1) Fertur in suscriptionis hujus fronte apud ed. Aug. Vindel. parte II, p. 47: novæ litteræ commonitoriæ ad clerum et populum Avenionis et comitatûs Venaisini ecclesiasticæ ditionis.

(Nota editoris gall.)

A nuestros venerables hermanos el Arzobispo de Aviñon, los Obispos de Carpentras, de Cavaillon y de Vaison, y á nuestros amados hijos los cabildos, clero y pueblo de la ciudad de Aviñon y del Condado Venaisino en nuestros estados,

PIO VI PAPA (1).

Venerables hermanos y amados hijos, salud y la bendicion Apostólica.

Al tiempo de dirigiros nuevamente estas letras Apostólicas, como Pastor universal y Soberano vuestro, nada nos puede parecer mas oportuno, ni aun mas justo, que elogiar la conducta de los que habiéndose mantenido fieles á Dios y á su Príncipe, son acusados y condenados por la actual Asamblea de Francia; y al contrario, advertir y escitar al arrepentimiento á los que por haber sido rebeldes á su Dios y á su Príncipe, son colmados de elogios por la misma Asamblea nacional de Francia, no sin causar la ma-

(1) Se lee al frente de este Breve en la edicion de Augsburgo: nuevo Breve monitorial al clero y pueblo de Aviñon y del Condado Venaisino en los Estados eclesiásticos.

mnium admiratione, summis laudibus conventus ipse gallicanas extollit.

Deus, a quo nostrae, et populorum culpae per tribulationes animadvertuntur, sed nullus unquàm deseritur illorum qui ipsius praecipuè causam tuentur, non levi sanè nos consolatione lenivit. Divinâ enim ope factum est, ut priores nostræ commonitoriæ litteræ, quas non per vim, aut per aliud sæculi hujus munimen, quo mundi potestates utuntur, sed in nomine Domini Dei nostri *ad vos dedimus, 23 aprilis superioris anni 1791, quasque vos, venerabiles fratres, ducti non absimili spiritu mansuetudinis evulgandas curastis, habuerint penès capitula, parochos, clerum, magistratus, et populos, et apud multos etiam gallicae constitutionis fautores vim talem ac tantam, ut ad totum usque februarium mensem hujus anni irriti ferè omnes evaserint adversantium nefarii conatus pluries adhibiti, et per decretum diei 14 septembris elapsi anni denuò instaurati, quo nationalis conventus frustrà obnitente, et reluctante magnâ et-*

yór sorprésa y admiracion á todas las gentes.

Dios, que se vale de las tribulaciones para corregir nuestras culpas y las de los pueblos, pero que jamás abandona á ninguno de aquellos que defienden principalmente su causa, nos ha dado los consuelos mas grandes. Las primeras letras monitorias que os dirigimos el dia 23 de Abril de 1791, y en que ninguna parte tuvo la violencia, ni se vieron apoyadas de aquellos medios que emplean las potestades del siglo, fueron escritas *en nombre del Señor nuestro Dios*; y animados vosotros, venerables hermanos, del mismo espíritu de mansedumbre, habeis procurado publicarlas, siendo obra del ausilio divino el que hayan tenido tal virtud y eficacia para con los cabildos, párrocos, clero, magistrados y pueblo, y aun para con un gran número de los mismos partidarios de la constitucion francesa, que hasta fines del mes de Febrero de este año, apenas han servido de nada todos los esfuerzos de los enemigos, á pesar de haberlos renovado muchas veces con el empeño mas sacrilego, y particularmente por el decreto del 14 de Setiembre del año último, cuando la Asamblea, desentendiéndose de la oposicion y reclamaciones de la mayoría y

saniori ejus parte, e medio sublatis aliis quatuor specialibus decretis anteà abs se editis, deletoque item atque everso alio generali decreto, jàm in antecessum lato de nullis unquàm alienis ditionibus occupandis, et cunctis deniquè pessumdatis humanis legibus, atque divinis, cum indignatione omnium Europæ principum, ausus est violentas manus injicere in nostram Avenionensem et comitatûs Venaisini ditionem, eamque regno Galliarum adjungere.

Ad optimum exitum comprobandum, quem nostræ priores hortationes adversùs tàm indigna molimina consequutæ sunt, possemus equidem nos distinctâ oratione prosequi egregias res gestas, quibus vos, ven. fratres, ac dilecti filii, religionem vestram imprimis, quæ nobis maximè curæ est, deindèque vestram etiam in nos fidelitatem ornastis, admirabili constantiâ tolerantes alii bonorum fortunarumque amissionem, alii exilium, alii injurias atque insectationes, alii carcerem, et alii deniquè internecionem et mortem ipsam. Ex quo factum est, ut Benedictum Franciscum Malierium Pseudo-vicarium capitularem Avenionensis ecclesiæ, quem nos jàm ab ordinis exercitio suspendimus prioribus nostris litte-

mas sana parte, revocando los cuatro decretos especiales que habia publicado anteriormente, y anulando tambien el decreto general adoptado antes de renunciar á las conquistas, y de nunca ocupar estados agenos, violadas finalmente todas las leyes divinas y humanas, ha osado con la mayor temeridad y violencia invadir y reunir nuestra ciudad de Aviñon y Condado Venaisino al reino de Francia, escitando la indignacion de la Europa.

En comprobacion del feliz éxito que han obtenido nuestras primeras exortaciones contra tan infames intrigas, podriamos referir en este lugar las brillantes acciones con que desde un principio ha sabido distinguirse vuestro zelo por la religion, que es nuestro primer objeto, y tambien la fidelidad que habeis acreditado para con Nos, soportando con la constancia mas admirable, unos la pérdida de los bienes, otros el destierro, estos los ultrages, y aquellos finalmente las prisiones, suplicios y hasta la muerte misma. De todo ha resultado ser muy pocos los eclesiásticos y legos que han seguido á *Benito Francisco Maillieres*, seudo-vicario capitular de la iglesia de Aviñon, á quien hemos declarado suspenso del ejercicio del

ris (1), *pauci admodùm secuti sint ecclesiastici, et laici non longè ipsius moribus et ingenio dissimiles, et patratorum criminum gravitate satis noti; quibus ille uti debuit tùm in peragendis ecclesiæ muniis, veluti apertè colligitur ex edicto in vulgum edito die* 10 *junii* 1791, *quo indicta fuit ab ipso supplicatio festi Corporis Domini, tùm in quibusdam pseudo-parochis delegandis quos agnoscere maxima populi pars religiosè ac publicè recusavit, spretis, et horrori habitis tàm delegante, quàm delegatis.*

Alia multa religionis, ac fidelitatis vestræ argumenta facilè nobis esset in medium afferre, ad vestrum gloriæ et honoris incrementum; sed consultò ab iis commemorandis abstinemus, cùm eadem in unum collegerint homines minimè suspecti; illi scilicet, quos vocant, les comités de pétition et de surveillance, *in relatione per eos factâ ad conventum gallicanum, in sessione diei* 11 *februarii proximè elapsi, de rerum avenionènsium, et comitatûs venaisini statu. Quæ idem relatio cum typis edita sit, et longè lateque vulgata ignorat nemo, spiritum publicum mutatum adeò esse*

(1) Vid. pag. 149. tom. II. huj. op.

órden por nuestras primeras letras (1), y aun esos pocos muy semejantes al mismo por su carácter y costumbres, siendo además bastante conocidos por sus maldades; pero era preciso se valiera de ellos, ya para desempeñar las funciones de la Iglesia, como claramente se deja ver por el edicto que publicó el 10 de Junio de 1791, relativo á la procesion de la festividad del Corpus, ya para delegar párrocos intrusos, á quienes no ha querido reconocer la mayor parte del pueblo, que animado de zelo por la religion, los desechó públicamente con horror y desprecio, quedando cubiertos de oprobio y vergüenza asi el delegante como los delegados.

Facil nos fuera presentar otras muchas pruebas de vuestra religion y fidelidad, pero las omitimos de intento, supuesto se hallan reunidas por hombres nada sospechosos, miembros de las *comisiones* que llaman de *peticion* y *de vigilancia*, en su informe á la Asamblea francesa del 11 de Febrero último sobre el estado de Aviñon y del Condado Venaisino; cuyo informe habiéndose impreso y estendido por todas partes, nadie puede ya ignorar cuanto ha cambiado el espíritu

(1) Véase la pág. 149 del tom. 2.

Avenione, multòque magis Carpentoracti, et in aliis comitatûs locis, ut pauci essent, et palàm contemnerentur ii, qui constitutionem gallicanam propugnabant, quosque gallici relatores tot, tantisque laudibus cumulant: contrà adeò ingentem esse eorum numerum quos ipsi seditiosos, ac seductores appellant, eorum scilicet, qui inter ecclesiasticos, inter magistratus, et inter laicos religione ergà Deum, et fide ergà principem suum enitebant, ut proximus esset, ut evitari omninò non posset rerum regressus ad eum statum, in quo erant ante defectionem. Gaudete atque exultate, ven. fratres, qui tùm zelo, tùm pietate, tùm charitate excelluistis, tuque præsertim Carpentoractensis episcope, qui, ob egregia tua merita, majorem tibi laudem vindicasti; et vos unà simul gaudete, dilecti filii, qui vestris legitimis adjuncti pastoribus eximia pietatis vestræ argumenta edidistis; gaudete omnes, inquimus, eas propter injurias quæ vobis in hujusmodi relatione inferuntur, et quæ in vestrum convertuntur honorem et decus, atque illud cum S. Augustino memen-

público en Aviñon, y todavía mas en Carpentras, y otros lugares del Condado, por manera que eran despreciados públicamente los pocos que defendian la constitucion francesa, y á quienes colman de elogios los individuos del informe, y que por el contrario era tan considerable el número de eclesiásticos, magistrados y legos, á quienes los mismos llaman sediciosos y seductores, cuando son los que se distinguen por su religion para con Dios, y su fidelidad para con el Príncipe, que se hacía muy verosimil un retroceso próximo é inevitable al mismo estado de cosas que ántes de la revolucion. Entregad pues vuestros corazones, venerables hermanos al gozo y á los transportes de una santa alegría, ya que tanto os habeis distinguido por vuestro zelo, fervor y caridad, y principalmente vos, Obispo de Carpentras, quien por los esclarecidos méritos que os adornan, habeis adquirido mayor gloria: regocijaos igualmente vosotros amados hijos, que unidos á los legítimos pastores habeis dado pruebas las mas relevantes de fidelidad: regocijaos, repetimos, pues que las injurias de que os llenan en dicho informe ceden en mayor honor vuestro, sirviendo para mas realzaros, y tened presente aquella máxima de S. Agus-

tote, *quod* etiam Dominus J. C. appellatus *fuit* seductor ad solatium suorum, quando dicuntur seductores. *Sup. psalm. LXIII, v. 7.*

Si itaquè hujusmodi est status Avenionis, et comitatûs Venaisini, ad mensem usque februarium proximè elapsum, jure ac meritò in certam spem adducimur fore, ut pauci etiam qui in errore, et in infidelitate perstiterunt, resipiscant, et multorum partes sequantur. Sed dissimulare nequaquàm possumus novum criminis genus, quod a conventu nationali patratum est decreto diei 3 superioris mensis martii. Hoc enim decreto jus sibi arrogavit dividendi nostras Avenionis et comitatûs Venaisini ditiones in duos districtus, easdemque subjicere duplici Rhodani, ac Drumæ partitioni, quam Galli dicunt departement, *unâque operâ edicere, ut leges omnes gallici imperii nullâ interjectâ morâ in hujusmodi etiam nostrâ ditione executioni mandentur, utque singulæ municipalitates renoventur. Novis prætereà latis subindè decretis revocari jussit militum aciem* (de la Marche), *eique subrogari alios milites; quinimò ipsis Parisiorum populis horrentibus, atque admirantibus, eò etiam devenit, ut jusserit carceribus liberari ea monstra, quæ die* 16 *octobris elapsi anni tàm*

tin «de que tambien el mismo Jesucristo
»fué llamado seductor para consuelo de sus
»discípulos, cuando los trataran de seduc-
»tores".

Si este era pues el estado en que se hallaban Aviñon y el condado Venaisino hasta el mes de febrero último, nos debemos prometer con justo motivo, que aun el corto nùmero de personas que persisten en el error y deslealtad, se arrepientan y sigan al mayor número. Pero no es posible disimular el nuevo atentado que ha cometido la Asamblea nacional, arrogàndose por su decreto del 3 de Marzo último el derecho de dividir en dos distritos nuestros estados de Aviñon, sometiéndolos á lo que los franceses llaman *departamentos* del Rodano, y del Droma, y mandando al mismo tiempo que se ejecuten desde luego en nuestros estados las leyes del imperio francés, y que se renueven las municipalidades. Por decretos posteriormente publicados ha mandado vuelva el regimiento de *la Marcha*, y que este sea relevado por otras tropas. Mas no ha parado en esto, y ha llegado al estremo de mandar con asombro y horror del mismo pueblo de Paris, que se saquen de las cárceles y se dejen libres los monstruos que el 16 de octubre ùltimo, cometieron

indigno tàmque pervulgato facinore se polluerunt: et non aliâ ratione id jusserit, nisi quia in magnis rerum conversionibus haberi pro delictis nequeant graviora scelera, quæ gentes barbaræ atque incultæ detestantur, et exhorrescunt.

Hujusmodi autem est furor, quo æstuant atque abripiuntur inimici, ut nos immenso animi nostri dolore jàm videamus obnoxios vos: venerabiles fratres ac dilectii filii, omnibus illis insectationibus, quæ ab impietate, a schismate et ab hæresi excogitari unquàm potuerunt, ita ut jàm nostris obversetur oculis, tanquàm proximum momentum illud, quo novum crudelius periculum fiat de vestrâ religione ac fide. Jàm ad nos rumor aliquis delatus est de novâ hujusmodi insectatione, non contrâ homines modò, sed, quod sinè animi horrore audiri non potest, quodque nefaria insectantium ingenia patefacit, adversùs etiam sacras imagines. Quo in rerum discrimine opus maximè est, ut nostræ voces ad vos deferantur.

Ad religionem quod pertinet, vos minimè latet, nequaquàm sufficere ut injuriæ per aliquod dumtaxàt tempus invicto ferantur animo, sed opus esse in eâdem con-

los crímenes mas horribles, dando por razon que en tiempo de revolucion no se deben considerar por graves ni los delitos que son detestados y estremecen á las mismas naciones menos cultas y mas bárbaras.

Pero tal es el furor de que están poseidos y arrebatados los enemigos, que no sin el mas profundo dolor os contemplamos, venerables hermanos y amados hijos, espuestos á todas las persecuciones que han podido jamás imaginar la impiedad, el cisma y la heregía; por manera que se nos presenta ya delante de los ojos como próximo aquel momento en que va á ponerse vuestra religion y fidelidad á pruebas aun mas crueles que las anteriores. Ya se nos ha anunciado algun rumor de la nueva especie de persecucion que conspira no solamente contra los hombres, sino tambien, y es lo que no puede oirse sin horror, y descubre los perversos designios de los perseguidores, aun contra las mismas sagradas imágines; en cuyas dificiles y tristes circunstancias es cuando principalmente debemos dirigiros nuestra voz.

Respecto de la religion, bien sabeis, que no basta sufrir con valor los ultrages por algun espacio de tiempo, sino que es preciso perseverar y mostrar la misma cons-

stantiâ ad finem usque perseverare, et se, suumque caput, si ita res postulet, devovere; non enim qui incœperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Matth. cap. X, v.* 22.

Ea, quam hactenùs præ vobis constantiam tulistis, sperare nos jubet fore, ut æquè constantes futuri sitis imposterùm adversùs quodcumque sive fortunarum, sive vitæ etiam discrimen, quod nobiscum licet absentibus erit sanè commune, quippè qui vestras ærumnas uti nostras habebimus.

Ut autem boni magis in suo proposito confirmentur, et ut malis novum benignitatis nostræ spatium concedatur ad resipiscendum, sicuti nos ad populos nostræ ditionis Avenionensis, et comitatûs Venaisini extendendas duximus priores commonitorias litteras diei 13 *aprilis anni* 1791, *a nobis datas dilectis filiis nostris, S. R. E. cardinalibus et venerandis fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero et populo regni Galliarum, ita nunc extendimus ad eosdem populos novas litteras commonitorias diei* 19 *præteriti mensis martii,*

tancia hasta el fin, sacrificando en caso necesario aun la misma vida; "Pues no el que „haya principiado, sino el que haya per„severado hasta el fin será el que se salve". Como dice S. Mateo cap. X v. 22.

Todo cuanto habeis soportado hasta ahora con la mayor constancia nos hace esperar que continuareis arrostrando con igual firmeza los riesgos que amenazen vuestras fortunas y aun vuestras propias vidas, y á pesar de la ausencia, Nos tomaremos parte en todos ellos, pues que no dejaremos de mirar como propios vuestros trabajos.

Y á fin de que los buenos se mantengan constantes y firmes en sus designios, y de conceder á los malos, usando de benignidad, mas tiempo para que se conviertan, asi como hemos estendido á los pueblos de nuestros estados en Aviñon y condado Venaisino las primeras letras monitorias espedidas por Nos el 13 de abril de 1791 á nuestros amados hijos los Cardenales de la S. I. R., á nuestros venerables hermanos los Arzobispos y Obispos, y á nuestros amados hijos los cabildos, clero y pueblo del reino de Francia, estendemos tambien en favor de los espresados pueblos de Aviñon, y del Condado las nuevas letras monitorias que con fecha 19 de marzo

ad eosdem missas archiepiscopos, episcopos, capitula, clerum, et populum Galliarum; præfigentes spatium sexaginta dierum a die hisce adscriptâ litteris numerandorum pro secundâ, aliorumque sexaginta dierum prò tertiá monitione. idque præsertim Benedicto Francisco Malierio, pseudo-vicario capitulari Avenionensis ecclesiæ, parochis, vicariis, aliisque presbyteris, qui a legitimis pastoribus non delegati regimen spirituale invasissent, et aliis ecclesiasticis quibuscumque, qui illud deinceps invaderent etiam in vim tentatæ divisionis ditionum nostrarum, juxtá diversas classes distinctè, et luculenter expressas in novis nostris litteris, quarum vobis, venerabiles fratres, complura exempla mittimus, ut ea hisce litteris juncta, quantùm in vobis erit, circumferantur ad capitula, ad clerum, et ad populum Avenionensem et Comitatensem, dùm intereá nobis curæ erit; ut eædem non in istas modò, sed in proximas etiam regiones ubiquè vulgentur, ita ut nemo illas ignoret.

Quemadmodùm verò nos intuentes ærumnosum Galliarum rerum statum, per

último, remitimos á los mismos Arzobispos, Obispos, cabildos, clero, y pueblo de Francia, fijando el término de sesenta dias, que se contarán desde la fecha de las presentes por segunda monicion, y el de otros sesenta dias por tercera monicion: término que principalmente se señala á Benedicto Francisco Maillieres seudo-vicario capitular de la Iglesia de Aviñon, á los párrocos, vicarios, y otros sacerdotes, que no habiendo sido delegados por legítimos pastores, hayan invadido el gobierno espiritual y demas eclesiásticos, sean los que fueren, que los invadiesen en lo succesivo, aunque sea en virtud de la intentada division de nuestros estados, segun las respectivas clases, que clara y distintamente se espresan en nuestras nuevas letras, de que os remitimos, venerables hermanos, muchos ejemplares, para que acompañados de las presentes, hagais cuanto estè de vuestra parte, á fin de comunicarlas y circularlas á los cabildos, clero y pueblo de Aviñon y del Condado; y por la nuestra ya cuidaremos de hacerlas publicar por todas partes en las comarcas vecinas, para que lleguen á noticia de todos.

Y asi como, considerando el lastimoso estado de la Francia, concedimos por

alias litteras ejusdem diei 19 martii, concessimus archiepiscopis et episcopis, ac diœcesium administratoribus regni Galliarum peculiares facultates, quibus citò possent spirituali populorum bono consulere; ita cùm minùs ærumnosus non sit status rerum Avenionensium, et Venaisini Comitatûs, ad vos etiam extendimus, venerabiles fratres, easdem facultates, cum iisdem conditionibus comprehensis in indulto, cujus nonnulla exempla hisce alligata litteris invenietis.

Hæ sunt providentiæ, quæ ad sartam tectamque tuendam religionem valent, et ad expeditiores reddendas actiones ac vias. Ad fidelitatem verò quod spectat, nobis uti legitimo principi debitam, haud ignoratis, venerabiles fratres, ac dilecti filii, veluti magnâ in parte res a vobis gestæ demonstrant, quàm arcto vinculo obstricti teneamini ad illam servandam, cum divino præcepto quisque jubeatur legitimis obedire potestatibus *(Paul. ad Rom. cap. XIII, v. 1, et ad Hæbr. cap, XIII, v. 17.); cùmque id postulet jusjurandum ipsum, quod vos, non secùs atque majores vestri, apostolicæ huic sedi præstitistis, ita ut debeant boni simùl ac mali, quoad ipsorum fieri po-*

otras letras despachadas el mismo dia 19 de Marzo á los Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las diócesis de dicho reino, facultades especiales, para que pudieran consultar y proveer mas prontamente al bien espiritual de los pueblos, del mismo modo, atendiendo á que el estado actual de Aviñon y del Condado Venaisino, no es menos deplorable, os concedemos, venerables hermanos, iguales facultades bajo las mismas condiciones espresadas en el indulto, del que recibireis algunos ejemplares.

Estas son las providencias que hemos juzgado ser convenientes para la conservacion de la religion, y para el mas pronto y espedito despacho de los negocios. En orden á la fidelidad que nos es debida, no ignorais, venerables hermanos y amados hijos, como lo ha acreditado bien vuestra conducta, la estrechísima obligacion en que estais de cumplirla, segun se ve por el precepto divino que manda, "que todos obedezcan á „las legitimas potestades" (Paul. ad Rom. cap. XIII, v. 1. et ad Hebreos, cap. XIII. v. 17,) y lo exige tambien el juramento que á ejemplo de vuestros antepasados habeis prestado á la Silla Apostólica, de suerte, que los buenos y los malos deban, en cuanto es-

terit, nihil omittere earum rerum quæ primos in quâ sunt fidelitate continere, quæque secundos ad obedientiam possint reducere, a quâ recesserunt, idque ut a necessitate nos liberent in usum vocandi fortiora remedia, et manus meritis pœnis adhibendi.

Egimus nos cum ipsis rebellibus non secùs atque filiis, et in ipso perduellionis æstu dedimus nos conspicua utrisque subsidia. Scimus antiquum regimen hujus sanctæ sedis ab omni vectigali liberum atque immune invidiam excitasse omnium populorum, et sæpiùs declaravimus, si qui, nobis insciis, isthuc irrepsissent abussus, eos illicò per nos ablatum et emendatum iri; cum nequeant populorum arbitrio imperia everti, novæque regiminis formæ temerè induci. Hinc nihil per nos quod fieri posset, fuit prætermissum, ita ut sperare possimus futurum, ut rebelles ipsi, ubi fanatismi æstus aliquantulùm deferbuerit, agnoscere debeant horrorem suorum criminum, onus novorum vectigalium ac servitutum, totque aliorum gravium malorum, quibus

tuviere de su parte, conspirar con el mayor empeño, los primeros á mantenerse en su fidelidad, y los segundos á reducirse á la obediencia á que han faltado, para no ponernos en la sensible necesidad de emplear medios mas fuertes, y de imponerles las penas que merezcan.

Hemos tratado á los rebeldes como si fueran nuestros propios hijos, y aun enmedio de la efervescencia de la revolucion, hemos dispensado socorros considerables á unos y otros. Sabemos que el antiguo gobierno de esta santa Iglesia, esento y libre de todo impuesto, escitaba la embidia de todos los pueblos; y hemos declarado repetidas veces, que si acaso sin noticia nuestra se hubiesen llegado á introducir algunos abusos, nos apresuraríamos á poner el remedio conveniente, pues que á los pueblos no toca suvbertir á su arbitrio los imperios, ni sustituir temerariamente una nueva forma de gobierno. Nada hemos por consiguiente omitido de cuanto pendiera de Nos, y podemos esperar que los mismos rebeldes, apenas se haya templado algun tanto el ardor de su fanatismo, llegarán á comprender la atrocidad de sus crímenes, el escesivo peso de las contribuciones, servicios, y tantas otras calamidades de que hasta

hactenùs caruerunt, quibusque sub speciė simulatæ et commentitiæ libertatis erunt certò certiùs obnoxii, non sine excidio ipsorum patriæ, nisi citò a perdullione recedant, ad quam duos jàm annos per inobedientiam, per corruptionem, et per omne violentiæ genus rapti sunt.

Nos itaque in eâ conquiescentes, quam vobiscum huc usque servavimus, paternè agendi ratione, et in perspicuâ nostræ causæ justitiâ, quam nostro cum gaudio principes, et reges omnes, atque universus orbis agnovit, nihil unquàm cogitantes de nostris juribus quoquo modò remittendis, aut de quâvis compensatione pertractandâ super principatu, quem nobis vindicant ipsius conventûs nationalis priora decreta, quem nobis confirmant tùm legitimi, inconcusique tituli, tùm quinque et ampliùs sæculorum possessio, non solùm hîc denuò ratum habemus nostrum chirographum diei 5 novembris 1791, quo hærentes præteritis protestationibus, et patefactâ omnibus luculenter falsitate, atque calumniâ earum rerum, quæ ad excusandam iniquam occupationem prætexebantur, nullum declaravimus decretum diei 14 septembris ejusdem anni, declara-

ahora habían estado libres, y á que inevitablemente se verán sujetos, bajo la falsa y quimérica especie de libertad, sacrificando su misma pátria, si inmediatamente no abandonan y se separan de la revolucion, á la cual hace dos años ya que fueron inducidos por la desobediencia, por la corrupcion y todo género de violencias.

Reposando, pues, en la paternal conducta que hemos siempre observado con vosotros hasta ahora, y en la evidente justicia de nuestra causa, como en efecto la han reconocido así, con la mayor satisfaccion nuestra, los Príncipes, todos los Reyes y el universo entero, nunca hemos pensado en ceder ninguno de nuestros derechos, ni tratado de recibir indemnizaciones, ni compensacion alguna por una soberanía, que nos aseguran los decretos de la Asamblea nacional misma, que nos confirman ya títulos legítimos é incontestables, y ya una posesion de mas de cinco siglos; no solamente ratificamos aqui nuestro escrito firmado el 5 de Noviembre de 1791, en que adhiriéndonos á las protestas anteriores, y descubriendo la calumnia y falsedad de cuanto se alegaba para escusar una usurpacion inicua, hemos declarado nulo el decreto del 14 de Setiembre del mismo año; declara-

mus insuper inania, irrita, nulliusque roboris ac momenti novum decretum diei 3 martii, et quæ subindè prodierunt, aut fortassè prodibunt in nostri principatûs detrimentum, unà cum actibus omnibus, qui ausu temerario perpetrati jàm sint, aut perpetrentur, imperantes atque jubentes, ut hæ nostræ litteræ unà cum aliis litteris diei 23 aprilis 1791, *prædicto chirographo uniantur, et ad perpetuam memoriam in secretò nostro cameræ archivo adserventur.*

Tantus est vester zelus, venerabiles fratres, ac dilecti filii, ut inutile reputemus novas vobis hortationes adjungere. Convertimini nobiscum indubiâ spe freti ad Deum, eumque indesinenter orate, veluti nos etiam eumdem oramus, ut justitiæ suæ rigorem avertat, et eâ, quâ præditus est, misericordiâ mentes rebellium, eorumque fautorum illustret, utque eorumdem animos ferventes efficiat obsequio et veneratione ergà sanctam religionem suam, et studio ac spiritu obedientiæ ergà hanc apostolicam sedem. Hisce desideriis incensi, vobis, venerabiles fratres, vobisque, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

mos además nulos y de ningun valor ni efecto el nuevo decreto del 3 de Marzo y los que se hubiesen publicado ó lleguen á publicarse en perjuicio de nuestra soberanía, juntamente con todos los actos que temerariamente se hayan ejecutado ó se ejecutáren; mandando y disponiendo que las presentes, como tambien las letras del 23 de Abril de 1791, se unan al mencionado escrito firmado de nuestra mano, y para que sea perpetua su memoria se custodien en los archivos secretos de nuestra cámara.

Siendo tan ardiente vuestro zelo, juzgamos inútil haceros nuevas exortaciones: acudamos á Dios llenos de una santa confianza: rogadle sin cesar, como tambien lo hacemos, para que aparte el rigor de su justicia, y que por un efecto de su infinita misericordia se digne ilustrar los entendimientos de los rebeldes y de cuantos los apoyan y protegen, é inflamar sus corazones inspirándoles respeto y veneracion para con su religion, y amor y obediencia para con la Sta. Sede. Animados de estos votos, os damos, venerables hermanos y amados hijos, con el mas tierno afecto la bendicion Apostólica.

*

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die decimâ nonâ aprilis MDCCXCII, pontificatûs nostri anno decimo octavo.

PIUS qui suprà.

Nova facultas absolvendi presbyteros etiam intrusos. Quibus conditionibus? Dilectis filiis nostris S. R. E. cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ad dilectis filiis diœcesium administratoribus regni Galliarum,

PIUS PAPA VI.

Dilecti filii nostri, venerabiles fratres, ac dilecti filii, salutem, et apostolicam benedictionem.

Ubi Lutetiam Parisiorum pervenit apostolicum quarumdam extraordinarium facultatum indultum, quas nos die 19 *superioris martii concessimus omnibus archiepiscopis, episcopis, et administratoribus diœcesium regni Galliarum, confestim confratres vestri in eâ urbe commorantes, qui nomine totius cœtûs episcopalis indultum ipsum impetraverant, facilè intellexerunt, inter fa-*

Dado en Roma, en S. Pedro, á 19 de Abril de 1792, año 18 de nuestro pontificado.

Pio.

Nuevas facultades concedidas para absolver á los sacerdotes aunque sean intrusos. ¿Con qué condiciones? Á nuestros amados hijos los Cardenales, venerables hermanos Arzobispos y Obispos, y amados hijos los Gobernadores de las diócesis del reino de Francia,

PIO VI.

Amados hijos nuestros, venerables hermanos y amados hijos, salud y la bendicion Apostólica.

Apénas hubo llegado á Paris el indulto Apostólico, por cuyo tenor, con fecha 19 de Marzo último concedimos algunas facultades estraordinarias á los Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las diócesis de Francia, cuando vuestros colegas que residian en dicha ciudad, y habian impetrado el espresado indulto en nombre de todo el cuerpo episcopal, observaron, que entre

cultates sibi concessas omissas fuisse facultatem absolvendi ecclesiasticos intrusos; et arbitrantes, hoc ipsum nonnisi ex hujusmodi casûs oblivione accidisse, nos iterùm supplices adierunt etiam atque etiam postulantes, ut hanc quoque facultatem novâ formulâ comprehenderemus.

Subindè vestri item confratres dubitare se declararunt, utrùm facultas primo ejusdem indulti articulo comprehensa, "absol-„vendi ab omnibus censuris quoscumque „laicos, et ecclesiasticos tàm sæculares, „quàm regulares utriusque sexûs, atque eos „etiam, qui schismati adhæserunt, et jura-„mentum civicum emiserunt, in eoque per-„stiterunt ultrà quadraginta dies, in apo-„stolicis litteris diei 13 aprilis superioris „anni, pro incurrendâ suspensione a divi-„nis, præfinitos", adjunctam haberet potestatem absolvendi ecclesiasticos etiam intrusos, quorum crimen illorum crimen antecellit, qui civico se tantùm sacramento obstrinxerunt, et de quibus in eo articulo specialis mentio facta fuerat.

In hâc rerum ambiguitate sanctè religioséque iidem episcopi professi sunt, se quàm maximè abhorrere a prætergrediendis limitibus facultatum sibi tributarum;

las facultades concedidas se había omitido la de absolver á los eclesiásticos intrusos, y persuadiéndose de que sería por efecto de un olvido, nuevamente recurrieron á Nos, suplicando con instancias, que comprendiéramos tambien esta facultad en otra forma de concesion.

Nos espusieron además vuestros colegas la duda que se les ofrecia sobre si en la facultad comprendida en el artículo 1.° de dicho indulto, "de absolver de todas „censuras á los legos y eclesiásticos, así se„culares como regulares de uno y otro sexo, „y aun á los que habiendo abrazado el cis„ma, y hecho el juramento cívico, hubie„sen persistido en él despues de espirado „el término de los 40 dias, señalado en „nuestro Breve Apostólico del 13 de Abril „último, para incurrir en la suspension *á „divinis*", se entendia unida la potestad de absolver tambien á los eclesiásticos intrusos, cuyo crimen escede al de los que no hicieron sino prestar el juramento cívico, y de quienes se hacia mencion espresa en el mismo artículo.

Los Obispos, suscitada esta duda, han dado una nueva prueba de su zelo y religiosidad, declarando, que de ningun modo trataban de escederse de las facultades

adeòque iterùm ad nos confugientes cujuscumque dubietatis tollendæ causâ, apertè nobis significarunt, se maximè optare, ut episcopis tribueretur facultas intrusis conciliandi ecclesiæ gratiam, eosque a censuris solvendi; cùm hæc facultas non solùm nihil haberet periculi, sed magno etiam religioni esse posset emolumento.

Vestra hæc agendi ratio, dilecti filii nostri, et ven. fratres, ac dilecti filii, digna sanè est, quam summis laudibus, sicut aliàs fecimus, extollamus. Nos itaquè parati ac prompti vestris petitionibus obsecundandis in iis omnibus, quæ in Domino expedire nobis videntur, in animum nostrum inducimus novam vobis impertiri facultatem, quæ latiùs pateat, et quæ egregiis vestris sensibus respondeat, quæque uno eodemque tempore et canonicis regulis, et ecclesiæ consuetudini satisfaciat.

Illud tamen in antecessum animadvertamus oportet, quòd sedulò perpensis iis, quæ ad nos primâ et alterâ vice detulistis, liquidò patet, illas inter facultates, quæ indulto generali continentur, comprehensam per

que se les habian concedido, y por lo tanto, recurriendo á Nos de nuevo para remover toda duda, nos manifestáron espresamente sus vivos deseos de que se les concediera á los Obispos la facultad de reconciliar á los intrusos con la Iglesia, y de absolverlos de las censuras, en atencion á que esta facultad, lejos de presentar el menor riesgo, cederia ventajosamente en bien de la religion.

Una conducta tan edificante, venerables hermanos y amados hijos, os hace acreedores á que os colmemos de elogios, como otras veces lo hemos hecho igualmente. Dispuestos desde luego á acceder á vuestras súplicas en todo cuanto estimemos ser conveniente al servicio del Señor, hemos determinado concederos nuevas facultades mas ámplias, correspondientes á vuestro distinguido zelo y santas intenciones; pero que al mismo tiempo sean conformes á las reglas canónicas y á las costumbres de la Iglesia.

Debemos sin embargo advertiros préviamente, que examinadas con la atencion mas séria las dificultades que nos espusisteis en la primera y segunda instancia, se deja ver claramente que entre las facultades contenidas en nuestro indulto general, de nin-

nos minimè fuisse facultatem absolvendi ecclesiasticos intrusos. Cujus quidem facultatis omissio ex oblivione proficisci non potuit; dùm enim nostris obversarentur oculis apostolicæ nostræ litteræ diei 13 aprilis anni 1791, *in quibus non tantùm fiebat mentio de crimine præstiti civici sacramenti, sed de alio etiam crimine sermo habebatur, quo sese polluerant ecclesiarum episcopalium, et parochialium invasores* (1), *ea nos fugere minimè poterant, quæ tàm ad primum, quàm ad secundum crimen pertinebant. Quod si alterum ex illis a nobis fuit in cit. articulo I conceptis verbis commemoratum, alterum silentio præteritum, nil magis luculenter magisque dilucidè argui potest, quàm casum, de quo verba fecimus, per nos concessum fuisse, casum verò, de quo facta nulla mentio est, fuisse nobis unicè reservatum.*

Cur autem minimè concederemus aliis, sed nobis duntaxàt reservaremus hanc intrusos absolvendi facultatem, in causâ profectò fuit maximum illud, quod unum inter alterumque flagitium intercedit discrimen,

(1) Parag. *Videntes*, pag. 52, II. vol. hujusce oper., parag. *Insuper*, et seqq. pag. 54, et seqq., ibid.

gun modo tratamos de comprender la de absolver á los intrusos. No fue, pues, efecto de olvido, el no haber concedido esta facultad última, porque teniendo á la vista nuestro Breve Apostólico del 13 de Abril de 1791, en que no solamente se hacía mencion del crimen de haber prestado el juramento cívico, sino que se hablaba tambien del otro delito cometido por los usurpadores de las iglesias parroquiales, no era posible se nos ocultára nada de cuanto tuviera relacion con el primero y segundo de estos crímenes. Si en el citado primer artículo hicimos mencion espresa y en los términos mas claros del uno, y nada dijimos del otro, esto mismo demuestra con evidencia haber sido nuestra voluntad, que la concesion se entendiera para el caso del que hicimos mencion, y de habernos reservado únicamente á Nos la del otro caso de que omitimos hablar.

La razon de haber así procedido, reservándonos únicamente á Nos esta facultad de absolver á los intrusos, fue la notable diferencia que resalta entre el un delito y el

quod sanè a vestris ipsis confratribus animadversum est, quodque in omnium oculos incurrit. Etenim quamvis gravi crimine ii teneantur, qui civico sacramento sese obstrinxerunt, vi cujus religione interpositâ unusquisque promittit, servaturum se constitutionem, quæ juxtà sententiam totius episcopalis cœtûs gallicani, juxtàque solemnem declarationem nostram est partim hæretica, et partim schismatica; multò tamen majori et graviori flagitio tenetur ille, qui prudens ac sciens ad exequendum progreditur id, quod jurejurando promiserat, quique sive sacrilegè, sive ritè consecratus, si sit episcopus, sive sacrilegè sive ritè ordinatus, si presbyter sit, illegitimam nactus missionem ac potestatem ecclesias vel episcopales, vel parochiales invadit, quique demùm segregatus ab hâc apostolicâ sede, et ab legitimis episcopis, tot peccatis peccata quotidiè inauditâ celeritate cumulat, quot illegitimæ jurisdictionis actus exercet, dùm magis augusta sacramenta prophanat, dùm populos miserè in errorem inducit, dùm novam invehit in regnum constitutionalem ecclesiam, re, legibus, et nomine a Jesu Christi ecclesiâ diversam, dùmque manu sua

otro, la que no se ocultó á la penetracion de vuestros hermanos, y observará cualquiera. Pues que por grave que sea el crimen que cometan los que hacen el juramento cívico, obligándose por él, con el sello de la religion, á observar una constitucion, que segun el parecer de todo el cuerpo episcopal de Francia, y nuestra solemne declaracion, es en parte herética y en parte cismática, es todavía mas grave y mayor el delito que comete, quien con pleno conocimiento pasa á ejecutar lo prometido por su juramento, y quien siendo Obispo, bien hubiese recibido una consagracion sacrílega ó legítima, é igualmente siendo presbítero, bien fuese ordenado sacrílega ó legítimamente despues de obtener una mision y potestad á que no tiene derecho, usurpa las iglesias episcopales ó parroquiales, y finalmente quien separado de la comunion de la Sede Apostólica y de los Obispos legítimos, acumulando con la mayor precipitacion un delito sobre otro, comete tantos pecados cuantos actos ejerce de una jurisdiccion ilegítima, profanando los mas augustos sacramentos, induciendo los pueblos á los errores mas funestos, é introduciendo en el reino una nueva Iglesia constitucional, diferente y estraña á la Iglesia de Jesucris-

schismati latissimam sternit viam. Quod ut e medio tollatur, jure ac meritò ad sanctam hanc sedem confugiendum erat, utpotè quæ injuriâ præsertim afficitur, quæque opportunum etiam potest adhibere indulgentiæ modum, non facilè, ordinatèque servandum, ubi absolvendi facultas multorum permitteretur arbitrio.

Minimè certè vos latet, ven. fratres, quantâ severitate usa sit ecclesia adversùs hujusmodi reos. Animadvertens enim id quod intercedit discrimen eos inter, qui suo infortunio parentes hæreticos aut schismaticos habuerunt, et inter eos, qui e parentibus catholicis progeniti sponte suâ ad hæreticorum partes transgrediuntur, aliter factos, aliter natos hæreticos, atque schismaticos semper tractavit, in istos longè rigidior, utpotè longè graviùs reos. Hic agendi rigor multò etiam magis adhibitus est in ecclesiasticos viros, ita ut sciamus adversùs ipsos adhibitas fuisse minas, ut „si „quis studio ad hæreticum ierit, et susce-

to, asi en su esencia y en sus leyes, como en su nombre y abriendo con sus manos el campo mas ancho al cisma. A fin de precaver tan fatales consecuencias, habeis obrado como era justo, acudiendo á esta Santa Sede, que es el principal blanco de los tiros y ultrages, y es la que puede proporcionar el modo conveniente en la distribucion de las indulgencias que no podría observarse con orden y regularidad, si la facultad de absolver se dejára al arbitrio de muchos.

Bien sabeis, venerables hermanos, con qué severidad castigó la Iglesia en otro tiempo á los reos de tales crímenes. Haciendo diferencia entre aquellos que habían tenido la desventura de nacer de padres hereges ó cismáticos, y los que siendo hijos de católicos abrazaron por su propia voluntad el partido de la heregía, se condujo de diverso modo con los que habían nacido en el cisma y la heregía, y los que espontáneamente la habían adoptado, empleando contra estos mucho mayor rigor por ser mas criminales. Usó de un rigor todavía mas fuerte contra los eclesiásticos, por manera, que segun nos consta se emplearon contra ellos las amenazas; "el que por su propia voluntad se di»rija á un herege para ser ordenado, será

„perit ordinationem, sine receptione sit (1)."

Hunc ecclesiæ agendi rigorem commemorat S. Innocentius I. Scribens enim ad Rufum, et alios Macedoniæ episcopos docuit, episcopum, aut clericum, in hæresi, aut schismate ordinatum, seu in illud postmodùm lapsùm, laicâ tantùm communione gaudere, juxtà „veteres regulas, quas ab apo„stolis, vel apostolicis viris traditas eccle„sia Romana custodit" (2). *Et quamvis a patribus concilii Nicaeni I. quidam adhibitus fuerit modus ergà Novatianos dùm Can. VIII indulserunt, ut „si quandò venerint „ad ecclesiam, clerici in clero permaneant, „et is, qui nominatur apud eos episcopus, „honorem presbyterii possideat, nisi for„tè placuerit episcopo nominis eum honore „censeri"* (3), *voluerunt tamen, ut anteire*

(1) Verba sunt Constantini Cypriorum metropolitæ in actione primà synodi VII generalis relat. a Labbeo in noviss. collect. concil. Antonii Zatta, tom. XII, col. 1048, post litt. C.

(2) Epist. 22 ad Rufum, aliosque episcopos Macedoniæ, apud Labbeum cit. noviss. collect. Antonii Zatta, tom. III, col. 1060 et seq. num. 4 et 5.

(3) Cit. can. 8, apud Labbeum cit. edit., tom. II, col. 680.

„escluido de la ordenacion (1).

S. Inocencio da noticia de este rigor que usaba la Iglesia en su carta á Rufo y demas Obispos de Macedonia, en la que les previene, que tanto el Obispo como el clérigo ordenado en la heregía ó en el cisma, ó que posteriormente hubiese caido en estos delitos, no debe recibir sino la comunion laical "segun las reglas antiguas, que trasmitidas por los Apóstoles ó los varones apostólicos, observa la Iglesia Romana" (2). Y aunque es cierto que los PP. del Concilio de Nicea modificaron esta disciplina respecto de los Novacianos, cuando por un efecto de indulgencia establecieron en su Canon VIII. "Los que se reconcilien y vuelvan á „la Iglesia, siendo clérigos permanecerán „en el clero, y al que fuese tenido por Obis„po en su secta, se le concederá el honor de „presbítero, á no ser que el Obispo católi„co le permita que conserve tambien el ho„nor y titulo episcopal." (3) Pero dispusie-

(1) Son palabras de Constantino, Obispo Metropolitano de Constancia en Chipre: primera sesion, del VII Concilio general. Labbe, edic. de Venecia, tom. XII, col. 1048, despues de la letra C.

(2) Epíst. 22 á Rufo y otros Obispos de Macedonia; Labbe, edic. de Venecia, tom. III, col. 1060 y sig., números 4 y 5.

(3) Can. VIII en Labbe, edic. de Venecia, tom. II, col. 880.

deberent certiora argumenta ejurati erroris, adeòque nonnulla ab iis præstanda esse decreverunt; scilicet primò: "hæc autem „præ omnibus eos scriptis convenit profiteri, „quòd catholicæ, et apostolicæ ecclesiæ dog„mata suscipiant, et sequantur". Decreverunt secundò, ut etiam in eos, qui in persecutione prolapsi sunt, ad faciendum eorum resipiscientiæ periculum, servarentur et spatia constituta, et tempora definita (1); *quatuor illis scilicet pœnitentiæ gradus, qui juxtà tunc vigentem disciplinam debebant reconciliationem, sacramentorumque susceptionem antevertere* (2); *et decreverunt deniquè, ut ecclesias occupatas abdicarent easque episcopis legitimis dimitterent. Etenim illud certum est, veluti memorati patres dixerunt, "quòd episcopus ecclesiæ habebit episcopi „dignitatem......, ne in uná civitate duo epi„scopi probentur existere"* (3).

(1) Cit. can. 8.
(2) Can. 11, ejusdem Concilii Nicæni, pœnès Labbeum in cit. collect. noviss., tom. II, col. 681.
(3) Cit. can. 8.

»ron al mismo tiempo, que debian preceder pruebas positivas de que abjuraban sus errores, y al efecto decretaron algunas condiciones, cuyo cumplimiento se les exigiera. "La 1.ª, que ante todas cosas debian de»clarar por escrito, que reconocian y se obli»gaban á seguir los dogmas de la Iglesia ca»tólica y apostólica." Por la 2.ª establecieron, que respecto de los que hubiesen claudicado durante la persecucion, se observaran *los tiempos y las épocas prescritas*, (1) esto es, los cuatro grados ó pruebas de penitencia á que debian sujetarse los que volvian al seno de la Iglesia, y habian de preceder á la reconciliacion y admision á los sacramentos con arreglo á la disciplina entonces vigente. (2) Finalmente mandaron, que abdicáran las iglesias de que se hubiesen apoderado, y las pusieran en poder de los Obispos legítimos, por ser un principio evidente, como lo manifestáron los PP. de dicho Concilio, "que el Obispo de »la Iglesia tendrá la dignidad episcopal, pa»ra que no suceda que haya dos Obispos en »una misma ciudad." (3)

(1) Cit. can. 8.

(2) Can. 11 del mismo Conc. de Nicea. Labbe, en la cit. colec. novis., tom. II, col. 681.

(3) Cit. can. 8.

Cum Rufus Thessalonicensis episcopus hujus Nicæni canonis vi clericos a Photinianis episcopis ordinatos recipere vellet, eâque de re consuluisset S. Innocentium I., respondit pontifex : "possum dicere de solis „hoc Novatianis esse præceptum, nec ad „aliarum hæresum clericos pertinere. Nam „si utiquè de omnibus ita definirent, addi„dissent a Novatianis, aliisque hæreticis „revertentes debere in suum ordinem reci„pi" (1). *Imò sanctus pontifex hâc occasione docuit, objici non posse peculiarem indulgentiam aliquandò adhibitam, eò quòd satis constaret actum fuisse quasi dispensatoriè* pro remedio, ac necessitate temporis (2).

Neque alia certè fuit S. Hieronymi sententia. Disserens enim de episcopis lapsis in synodo Ariminensi, censuit, eos de soliis

(1) Cit. epist. 22 apud Labbeum cit. tom. III, col. 1061, num. 5.
(2) Cit. epist. 22, num. 5.

Deseando Rufo, Obispo de Tesalónica, valerse de este Canon del Concilio de Nicea, para recibir á los clérigos ordenados por los Obispos Phocinianos, y habiendo consultado sobre el particular á S. Inocencio 1.º, le respondió el Pontífice. "Lo que „puedo decir es, que este decreto de los „PP. del Concilio solo trata de los Nova„cianos, y que no era estensivo en favor de „los demas hereges, pues que si hubieran „querido que esta disposicion fuese general, „habrían espresado, que asi los Novacianos „como los demas hereges, que se reconcilia„ran, fueran recibidos en su respectivo or„den." (1) De aqui tomó ocasion el santo Pontífice para enseñar que cuando en algun caso particular se ha usado de indulgencia, no se debe entender que sea una regla general, pues que se deja ver claramente que ha sido una especie de dispensa "y „un remedio dictado por la necesidad de „las circunstancias." (2)

Esta misma fue la opinion de S. Gerónimo, pues tratando de los Obispos, que habian prevaricado en el Concilio de Rimini, juzgó que depuestos de la dignidad episco-

(1) Cit. epist. 22 en Labbe, tom. III, col. 1061, núm. 5.

(3) En la cit. epist. 22, núm. 5.

episcopalibus dejectos debuisse inter laicos redigi ad perpetuas de scelere lacrymas effundendas (1). *Consideravit tamen sanctus doctor, posse nonnihil de hujusmodi rigore aliquandò remitti* (2); *atque remissio hujusmodi certis esset regulis circumscripta, in synodo Alexandrinâ, cui S. Athanasius, Hilarius Pictaviensis, et Eusebius Vercellensis interfuerunt, placuit statuere, quoad sceleris principes atque auctores, quos error excusare non poterat, servari illæsum antiquum ecclesiæ canonem alios verò pænitentes ecclesiæ posse sociari; consensitque Romana et Occidentalis omnis ecclesia, veluti idem S. Hieronymus testatur* (3).

Hinc minimè nos recedemus ab æquitate, et indulgentiâ, postmodùm in ecclesiam receptâ, si postulantibus vobis generatim intrusorum absolvendorum facultatem, se-

(1) Comment. in Ezechielem prophet., lib. XIII, cap. XLIV, parag. *Hæc dicit*, edit. Venet. ann. 1768, tom. V, part. I, pag. 542, 543, 544 et 545.

(2) Cit. comment. in Ezechielem, pag. 545, parag. *Quidquid.*

(3) Tom. II, adversùs Luciferianos, cujus verba referuntur apud Labbeum cit. tom. III, col. 343.

pal, debían ser reducidos á la clase de legos, para que no cesáran de llorar su delito. (1) Con todo, el Sto. Doctor consideró que en algun caso convendria atemperar y disminuir este rigor, (2) y á fin de que en la disminucion de la pena, se procediese con reglas fijas, los PP. del Concilio de Alejandría, á que asistieron S. Atanasio, S. Hilario de Poitiers, y S. Eusebio de Verzeil, estimaron oportuno establecer, que respecto de los principales autores del crimen, á quienes no podia escusarlos el error, se observára en toda su fuerza el antiguo Canon de la Iglesia; pero que en orden á los demas que se arrepintiesen, pudieran ser reunidos á la Iglesia; cuya disposicion fue aprobada y recibida por la Iglesia de Roma y toda la del Occidente, como lo afirma el mismo S. Gerónimo. (3)

Por tanto, de ningun modo nos apartaremos de los principios de equidad é indulgencia con que posteriormente se conformó la Iglesia, si en la súplica general que nos haceis para concederos la facultad de absol-

(1) Coment. sobre Ezequiél, lib. XIII, cap. XLIV, parágr. *Hæc dicit.*

(2) En el cit. coment. sobre Ezequiél, pág. 545, parág. *Quidquid.*

(3) Tom. II, en su trat. contra los Luciferianos, en Labbe, cit. tom. III, col. 343.

cernentur a nobis presbyteri, aliique inferioris ordinis ecclesiastici viri ab archiepiscopis, et ab episcopis ordinis superioris. Ad presbyteros, aliosque ecclesiasticos viros quod spectat, per nos in quartâ, et quintâ classe comprehensos apostolicarum litterarum diei 19 *præteriti martii* (1), *concedimus ad annum unicuique vestrûm, dilecti filii nostri, ac ven. fratres, et dilecti filii, facultatem absolvendi per vos ipsos, aut per presbyteros delegandos a vobis; eos omnes, qui sive illegitimè, sive legitimè ordinati, aut integras parochias, aut earum partem invaserint, et actus exercuerint sibi ab episcopis intrusis delegatos, atque hos in gratiam ecclesiæ conciliandi, ita ut ii, juxtà indulgentiam memorati canonis VIII. Nicæni concilii, permaneant in clero.*

Et ne absolutiones hujusmodi inconsultò concedantur, aut sint inter se difformes, inhærentes nos prædicto concilio Nicæno, et benigniori ecclesiæ disciplinæ, jubemus in-

(1) Pag. 370 tom. II. hujus op. parag. *Parochos* et seq.

ver á los intrusos, hacemos distincion de los sacerdotes y eclesiásticos de un grado inferior, y de los Arzobispos y Obispos, que son de órden superior. Tocante á los sacerdotes y demás eclesiásticos comprendidos en la cuarta y quinta clase de nuestro Breve Apostólico del 19 de Marzo de 1792 (1), concedemos por el tiempo de un año á cada uno de vosotros, amados hijos nuestros, venerables hermanos y amados hijos, la facultad de absolver, bien sea por vosotros mismos, ó bien por presbíteros delegados por vosotros, á todos los que en virtud de una ordenacion legítima ó ilegítima se hubieren apoderado de parroquias enteras, ó de una parte de ellas, y hubieren ejercido actos de jurisdiccion por delegacion de Obispos intrusos, y de reconciliarlos con la Iglesia, y que haciéndoles disfrutar de la indulgencia concedida por el cánon 8.º del Concilio de Nicea, puedan permanecer en sus clases respectivas.

Pero para que no se concedan indiscretamente estas absoluciones, ó que no resulten deformidades entre ellas, conformándonos con lo dispuesto en el Concilio de Nicea, y la disciplina mas benigna de la Igle-

(1) En el t. II de esta obra, parág. *Párrocos*, p. 370 y sig.

trusorum absolvi neminem, nisi priùs scripto ejuraverit civicum sacramentum, illosque errores, qui civili constitutione cleri gallicani continentur, et nisi declaraverit speciatim (1), *sacrilegas esse ordinationes ab intrusis sive receptas, sive peractas, irritam esse collatam ab iis auctoritatem, injustamque et nullam esse intrusionem unà cum actibus indè consecutis, et nisi jurejurando promiserit, se apostolicæ huic sedi* (2), *legitimisque episcopis obtemperaturum, et nisi deniquè parochiam, ejusve partem reapsè abdicaverit, eorumque ejuratio, atque abdicatio publica fuerit, perindè ac crimen quoque publicum fuit, injunctis eorum singulis*, quantùm Spiritus et prudentia suggesserit, *ut aiunt Tridentini patres* (3), pro qualitate criminum, et pœnitentium facultate

(1) Ejuratio errorum articulata esse debet, juxtà cit. can. 8. concilii Nicæni, necnon juxtà acta alterius concilii Nicæni II. apud Labbeum, cit. edit. noviss., t. XII, col. 108. litt. E.

(2) Hæc conditio expressè adjecta fuit in formulâ, quâ recepti fuerunt ad communionem schismatici in concilio Lateranensi III, ut videre est apud. Natal. Alexand. Histor. Eccles. sæcul. XI et XII. Dissert. IX, edit. Paris. 1744, tom. XIV, pag. 368.

(3) Sess. XIV, de sacram. pœniten., cap. VIII.

sia, mandamos que ninguno de los intrusos sea absuelto, sin que préviamente haya retractado por escrito el juramento civico, y los errores contenidos en la constitucion civil del clero, y sin que especialmente haya declarado (1), que las órdenes recibidas ó conferidas por los intrusos son sacrilegas, que la autoridad delegada por ellos es nula, que la intrusion es injusta y nula con todos los actos que procedan de la misma, y sin haber prometido con juramento su obediencia á la Sta. Sede Apostólica (2) y á los Obispos legitimos; y finalmente, sin haber renunciado á la parroquia, á la parte de ella que hubiese usurpado, cuya retractacion y abdicacion debe ser pública, como lo fue tambien el crimen, imponiendo á cada uno de ellos "segun que el Espíritu Santo, »y vuestra prudencia os sugieran" como dicen los PP. del Concilio de Trento "peni»tencias saludables y oportunas con propor-

(1) Esta retractacion debe ser circunstanciada, conforme al Canon 8.° del Concilio de Nicea y actas del 2.° Concilio tambien de Nicea. Labbe tom. XII última edic. col. 108 letr. E.

(2) Esta condicion se añadió espresamente en la fórmula de recepcion de los cismáticos en el Concilio III Lateranense, como puede verse en los anal. ecles. del P. Natal Alejandro, siglos XI y XII, disert. IX. edic. Paris 1744, tit. XIV pag. 368.

salutaribus, et convenientibus satisfactionibus, *loco publicæ pœnitentiæ graduum, quos vigentes Nicæni concilii tempore postmodùm ecclesiæ pietas moderata est, reservatâque nobis facultate idoneos reddendi eos, qui absolventur, habendis, retinendisque beneficiis, atque parochiis, per ipsos non ritè occupatis, et possessis.*

Dùm vobis ampliorem hanc facultatem impertimur absolvendi etiam a nefario intrusionis sacrilegio ecclesiasticos inferioris ordinis, non possumus equidem, quin vos, simul et ecclesiasticos hujusmodi paternè commoneamus. Vos, inquimus, ut cautè utamini tributâ facultate ad ædificationem, utque religiosè eas servetis, quæ vòbis præscribuntur, conditiones; ecclesiasticos autem pœnitentes, ut grato in nostram indulgentiam animo nullam simulationem adhibeant, utpotè quæ non modò ipsis nulli esset adjumento, sed etiam eosdem in majus exitium conjiceret. Absoluti enim coràm ecclesiâ, absoluti minimè essent coràm Deo, medicinamque ipsam in venenum converterent.

»cion al grado del crimen y estado de los »penitentes"(1) en lugar de los diversos grados de la pública penitencia usada en tiempo del Concilio de Nicea, y moderada despues por la piedad de la Iglesia, reservándonos la facultad de habilitar á los que sean absueltos, para que puedan poseer y conservar los beneficios y parroquias que obtenian de un modo irregular é ilegítimo.

Al mismo tiempo que os concedemos esta facultad mas amplia de absolver aun del sacrílego crimen de intrusion á los eclesiásticos de clase inferior, no podemos menos de dirigiros, asi como á dichos eclesiásticos, nuestra voz paternal; á vosotros para preveniros que useis con prudencia de una facultad que solamente se os ha concedido para edificar, y que observeis religiosamente las condiciones que se os prescriben; y á los eclesiásticos arrepentidos para que reciban con la mas sana y mejor intencion nuestra indulgencia sin emplear ningun disimulo, pues que en tal caso, lejos de servirles de ausilio, los precipitaria en una desgracia aun mas funesta. Absueltos delante de la Iglesia, no lo serian delante de Dios, y una medicina saludable la convertirian en vene-

(3) Sess. XIV, de Sacram. pœnit. cap. VIII.

Et si Spiritum sanctum non habent, qui segregant semetipsos (1), *certè nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesiâ, quoniam et indè scriptum est:* Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum (2). *Qui vult ergò habere Spiritum sanctum, caveat in ecclesiam simulatus intrare: aut si jàm talis intravit, caveat in eâdem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitæ.*

Insuper ad quamcumque ambiguitatem submovendam, illud adjungimus, ut facultates memorato indulto generali comprehensæ, non secùs atque illæ facultates, quæ hisce continentur litteris, concessæ intelligantur tàm Gallis, quàm exteris archiepiscopis, et episcopis pro iis populis, iisque diœcesium partibus, quas habent in regno Galliarum.

Ad archiepiscopos verò, et episcopos superioris ecclesiastici ordinis quod attinet, sive sint consecratores et assistentes, sive intrusi, sive etiam jurejurando civico ob-

(1) Judæ, cap. unic. vers. 19.
(2) Sapientiæ, cap. I, vers. 5.

no. Y si es cierto que el Espíritu Santo no habita *con los que se apartan por sí mismos*, (1) es consiguiente que tampoco estará con el que se cubre de hipocresía en la Iglesia, y de aqui procede aquella verdad que se halla escrita: "*que el Espíritu Santo huye de la ficcion y apariencia de la virtud.* (2) Quien quiera, pues, poseer el Espíritu Santo, guárdese de entrar en la Iglesia usando del engaño; y si acaso llegó á entrar de este modo, cuidado con persistir en la misma doblez, pues en ese estado no podría unirse de veras al arbol de la vida.

Con el fin de remover toda duda ó equivocacion que pudiera ocurrir, añadiremos que las facultades contenidas en nuestro mencionado indulto general y en el presente Breve, se entiendan concedidas no solo á los Obispos franceses, sino tambien á los demás Arzobispos y Obispos en favor de aquellos pueblos y porciones de diócesis que estén situadas en el reino de Francia.

Respecto de los Arzobispos y Obispos que son de un órden eclesiástico superior, bien fueren consagrantes y asistentes, bien intrusos, ó que solamente hayan prestado el

(1) Epist. de S. Judas v. 19.
Las mismas razones que nos escitaron á dirigiros las letras del 8 de Junio de 1790, para comunicaros, venerables hermanos, que habiendo abierto en favor de nuestra ciudad de Roma durante toda la octava de Pentecostes, los tesoros de la Iglesia, tratábamos de abrirlos igualmente en favor de vuestras diócesis situadas en los Estados de la Iglesia, esas mismas razones, no solo subsisten, sino que por cada dia se presentan mas urgentes como facilmente podreis convenceros por las noticias públicas esparcidas por todas partes.

de quorum licentiâ, furore, ac in sanctissimam religionem odio nunc agebamus, multò acriores nunc sumunt spiritus: in ecclesiam, in apostolicam sedem, ditionemque nostram suæ faces ferociæ, et crudelitatis intentare dicuntur. Nos idcircò videntes, quibus minis subjiciamur, multò flagrantioribus apud Deum instare precibus decrevimus: respexit enim Deus in orationem humilium, et non sprevit precem eorum (1): Petite, *dixit*, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum (2). *Primùm igitur proximè elapso augusto mense publicè fundendas in hâc ipsâ urbe obsecrationes indiximus, ut sanctissimæ præsertim Virginis Mariæ Dei genitricis, ac B. Petri apostolorum principis interventu, divinam in nos converteremus clementiam, quæ inimicorum conatus omnes ab ecclesiâ suâ, fidelibusque populis prorsùs averteret; cùm recordaremur miserationum ejus qui per Moysis orationem Israeli victoriam tribuit de Amalec, scidit enim maria, ut prætereunti populo viam præberent;*

(1) Psalm. CI, vers. 18.
(2) Joann. XVI, vers. 24.

Esos impíos cuya licencia, furor y ódio contra nuestra santa religion, escitaba nuestro zelo, siguen esforzando sus criminales designios. Se dice que sus feroces y crueles intentos conspiran contra la Iglesia y contra la Sede Apostólica y nuestros Estados. Al ver, pues, que somos el blanco de tales amenazas, hemos dispuesto rogar é instar á Dios con oraciones todavía mas fervientes; "porque el Se-,,ñor oye con misericordia la oracion de los ,,humildes, y no desatiende sus ruegos (1). ,,Pedid, dice, y recibiréis, para que sea ,,completo vuestro gozo (2)." Dimos pues, órden en el mes de Agosto próximo pasado, para que se hicieran rogativas públicas en esta ciudad de Roma, á fin de alcanzar de la misericordia divina por la intercesion de la santísima virgen María madre de Dios, y del Príncipe de los apóstoles, se dignára preservar y defender la Iglesia y los pueblos fieles de los ataques de nuestros enemigos: servia para inspirarnos confianza la memoria de *aquel*, que por la oracion de Moyses dió la victoria á Israél sobre Amalec, dividiendo las aguas para abrir paso

(1) Salmo CI, vers. 18.
(2) Evang. de S. Juan XVI, vers. 24.

per Judith, Bethuliam ab obsidione, per Esther, populum Dei ab interitu liberavit. Sed ne tùm quidem exauditi fuimus; instant enim hostiles minæ, et majora quotidiè discrimina. Non idcircò tamen despondendus animus; immò tantò magis orandum in humilitate, et cordis contritione, instar Publicani, qui ne oculos quidem in cœlum audebat tollere; urgendum, perseverandumque nobis est in fletu, in suspiriis, in lacrymis, in pœnitentiâ, pulsandæque sine intermissione misericordiæ fores, quò tandem Dei in nos ira peccatis nostris concitata convertatur ad commiserationem, ad pietatem, ad consolationem nostram. Vellet enim Deus castigationes non inferre, cupit vim sibi fieri ab amicis, quærit aliquem, a quo prohibeatur, cùmque neminem invenit, dolore conficitur: quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem, et staret oppositus contrà me pro terrâ, ne dissiparem eam, et non in-

y camino á su pueblo; que por los ruegos de Judit concedió la libertad á Bethulia, y por los de Esthér salvó al pueblo de Dios de la ruina que le amenazaba. Pero sin duda, ni aun por entonces tuvo á bien escucharnos, pues que vemos que nos estrechan, y por cada dia se hace mayor el peligro: no debemos sin embargo abandonarnos á la desconfianza; por el contrario, procuremos que nuestras oraciones vayan acompañadas de una humildad mas profunda, y de una contricion perfecta, á imitacion del Publicano, que ni los ojos se atrevia levantar al cielo; debemos insistir y perseverar en el llanto, en los gemidos, en los suspiros, en la penitencia, llamando sin cesar las puertas de la misericordia divina, para alcanzar que la cólera de Dios, provocada por nuestros pecados, se convierta al cabo en comiseracion y piedad para consuelo nuestro. No quiere el Señor emplear el castigo, desea que los amigos le hagan una dulce violencia, busca quien detenga su brazo de justicia, y cuando vé que nadie se le presenta, siente el dolor mas vivo: „busqué „entre ellos un hombre, que como una bar„rera se interpusiera de por medio, y se me „resistiera para defender esta tierra, y que

veni (1). *Ac propterea* quos videt nolle proprio voto corrigi, adversitatum tangit stimulis (2). *Itaquè eo placandi Dei consilio, pro sanctorum omnium solemnitate novas obsecrationes, supplicationesque patefactis plurimis in urbe templis, fieri voluimus per integram octavam peragendas, ipsasque tribulationes ad malorum remedia adhibere, dicente regio prophetâ*: ad Dominum cum tribularer, clamavi, et exaudivit me (3). *Atque ita per tribulationes maximè proficere, cùm per eas divina nos ad se evocet misericordia, cùm illæ virtutes alant et roborent, incompositos affectus coerceant, innocentiam tueantur, sancta inspirent desideria, et in oculis Dei nos jucundos efficiant. Quæ omnia paucis comprehendit Isaias, cum diceret*: Domine, in angustiâ requisierunt te (4): *veluti puer nunquàm fortiùs matri adhæret suæ, quàm cùm se videt in labendi periculo, nunquàm*

(1) Ezech., cap. XXII, vers. 30.
(2) S. Isidor. Hispalens., lib. III, sentent. c. III, n.° 2.
(3) Psal. CXIX, vers. 1.
(4) Isai., cap. XXVI, vers. 16.

»no la destruyera, pero no le hallé (1)." Este es el motivo "porque escita con el estímulo »de la adversidad á los que no quieren cor»regirse por sí mismos (2)." A fin, pues, de aplacar la cólera de Dios, hemos mandado que vuelvan á hacerse rogativas públicas en muchas Iglesias de Roma, durante la octava de Todos Santos, confiando sacar de las mismas tribulaciones el remedio de los males, segun la espresion del Real profeta. »Clamé al Señor, en medio de la tribula»cion, y me oyó (3)." De este modo es como puede sacarse gran partido, y el mayor bien de las tribulaciones mismas: por su medio, la divina misericordia nos llama hacia sí; ellas sirven para sostener y fortificar la virtud; son el freno de las pasiones, el escudo de la inocencia, inspiran santos deseos y nos hacen agradables á los ojos del Señor. Isaías describe de un solo rasgo todos estos bienes, cuando dice: "Señor, en sus tra»bajos acudieron á vos" (4) á la manera de un niño que nunca se agarra mas á su madre que cuando teme que va á caer; nunca con

(1) Eceq. cap. XX. vers. 30.
(2) S. Isidoro de Sevilla, lib. III. de las sentenc. cap. III, num. 2.
(3) Salm. CXIX, vers. 1.
(4) Isai. cap. XXVI. vers. 16.

citiùs maternum amplectitur sinum, quàm cùm aliquid timorem sibi injicere percipit. Probatur prætereà per tribulationes, tanquàm per ignem virtus, multòque majori refulget lumine, ut in Abraham, qui per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est (1).

Præcipuè verò est orationibus insistendum, jàm appropinquante natalis Domini adventu; quod est propitiationis tempus, quod animabus, non corporibus est assignatum, *ut monet S. Bernardus* (2), *adjungens insuper*: diligenter pensate rationem adventûs hujus, quærentes nimirùm quis sit, qui veniat, undè, quo, ad quid, quandò, et quà.... Nequè enim tam devota ecclesia universa præsentem celebraret adventum, nisi lateret in eo magnum aliquod sacramentum (3).

Sequestros, et cœlestis gratiæ conciliatores nos assumpsimus, post potentissimam Dei matrem, ipsum, quem memoravimus B. Petrum, romanæ, universæque eccle-

(1) Judith, cap. VIII, vers. 23.
(2) S. Bernard. Serm. VI, de adv. Domini.
(3) Id. Serm. II, de eod.

mayor prisa se arroja al seno materno que cuando ve un objeto que le espanta. A mas de esto, la virtud como á prueba de fuego, se acrisola en la adversidad, y esta hace resaltar su esplendor como sucedió á Abrahan, quien antes de hacerse amigo de Dios, sufrió mil trabajos (1).

Es menester que nos ocupemos en la oracion, sobre todo ahora que se acerca el nacimiento del Señor, tiempo de propiciacion "designado para las almas, no para los cuer-„pos" (2) como dice S. Bernardo, añadiendo luego; "meditad con atencion el misterio de „la venida del Señor, considerad quien es „el que viene á nosotros, de donde, con qué „designio, en qué circunstancias y por qué „camino.... Siendo cierto, que la Iglesia uni-„versal no celebraría con tan singular de-„vocion la solemnidad de esta fiesta, si no „encubriera un grande misterio. (3)"

Despues de haber implorado la poderosa mediacion de la Madre de Dios, hemos tomado por intercesores, para que atraigan sobre nosotros las gracias celestes al glorioso S. Pedro segun hemos dicho ya, que es el fundamento de la Iglesia Romana y de la univer-

(1) Judith. cap. VIII, vers. 23.
(2) S. Bernard. Serm. VI. *de adventu Domini.*
(3) Id. serm. II. de eod.

siæ fundamentum, ac S. Pium V. prædecessorem nostrum, qui quantùm ad conterendos ecclesiæ hostes orando, agendoque apud Deum profecisset, cùm præ oculis haberemus, ejusdem nobis patrocinium implorare maximè in pari causâ opportunum duxeramus. Ille quidem et precibus, *et armis hostiles impetus impetratis a Deo victoriis propulsabat. Eum ipsum nobis et orandum, et imitandum proposuimus, ac ad iteratas, neque intermittendas preces arma etiam adjungimus. Cogimus militares copias, quibus maritimas munimus oras, neque ulli parcimus operæ, ac sumptui, quò commissos a Deo potestati nostræ ac tutelæ populos salvos, incolumesque, quoad possumus, tueamur, non jàm alios oppugnando, sed res, vitas, fidemque nostram defendendo, atque omnem ab hâc ipsâ religionis sede perfidiam arcendo, ac repellendo. Sed quid ullæ valere vires nostræ, quid efficere poterunt, etiamsi numero ac virtute præstarent, nisi exercituum Deus suo nobis adsit præsidio? Quo certè præsente, et opitulante nunquàm virium nostrarum paucitati contrà*

sal, y á S. Pio V. predecesor nuestro, cuyos triunfos obtenidos contra los enemigos de la Iglesia por medio de la oracion, teníamos á la vist., y nos pareció ser muy conveniente acudir á su intercesion, sobre todo siendo la causa la misma. Este Sto. Papa, empleando á la vez *las oraciones y las armas*, consiguió de Dios las victorias con que rechazó á los enemigos. Habiéndonos propuesto dirigirle nuestras oraciones y tomarlo por modelo, hemos determinado á imitacion suya, unir á los medios de defensa las reiteradas rogativas que continúan sin intermision. Hemos juntado tropas para guarnecer las costas, y no hemos omitido cuidado ni gastos á fin de salvar en cuanto estuviera de nuestra parte los pueblos que se dignó Dios confiar á nuestra autoridad y vigilancia, no con ánimo de ser los agresores, sino de defender nuestras vidas, nuestra fe, y de rechazar y no dar entrada á la perfidia en este centro de la religion. Pero ¿que pudiéramos hacer con todas nuestras fuerzas, ni de qué servirian estas aun cuando fueran superiores en número y valor, si no nos asistiera con su proteccion el Dios de los ejércitos? Por el contrario con su ausilio no desmayaremos á pesar de que sean cortas

quamlibet hostium multitudinem diffidemus, ipso in hâc spe nobis præeunte S. Pio V., qui in suis brevibus litteris jubilæum indicentibus die 9 martii 1566, etsi, *inquit*, vires hostium maximæ sunt, tamen major est, qui in nobis est, quàm qui contrà nos, potensque est Dominus, tàm in paucis salvare, quàm in multis. *In illius scilicet manu venti tempestatesque sunt, ille moderatur omnes bellorum opportunitates, minimisque momentis maximas inclinationes efficit, ille tela pro suâ voluntate vel dirigit, vel avertit. Reficiat vos judicium S. Bernardi scribentis:* " *Si bona fuerit causa pugnantis, „pugnæ exitus malus esse non poterit, sicut „nec bonus judicabitur finis, ubi causa non „bona, et intentio non recta præcesserit". Et quo unquàm modo timere de bono exitu poterunt illi, qui omni conatu pro Jesu Christi doctrinâ, pro religione, pro ipsius causâ sustinendâ pugnabunt? Redeundum igitur semper ad obsecrationes, in iisque bellum nostrum constituendum, ac talibus præcipuè armis gerendum est.*

Idcircò ne ab hujusmodi pernecessariis

nuestras fuerzas, y grandes las del enemigo: de esta confianza nos da ejemplo S. Pio V, quien en su Breve de 9 de Marzo de 1566, publicando el Jubileo, dice, "grandes son las fuerzas de los enemigos, pero mas fuerte es aquel que está con nosotros, que el que está en contra. Al poder del Señor es igualmente facil salvarnos con pocos como con muchos". Él es quien tiene en su mano los vientos y las tempestades, de él dependen la suerte y los azares de los combates, y quien hace que la circunstancia mas pequeña sirva para obrar los sucesos mas grandes; y él quien dirige ó desvía los tiros segun su voluntad. Reanimad vuestro espíritu oyendo la siguiente sentencia de S. Bernardo. "Cuando el que combate, defiende una causa justa, seguro es el feliz éxito, como por el contrario, si la causa fuese mala no puede esperarse buen fin." ¿Y cómo sería posible que llegáran á temer ni á dudar del feliz resultado los que con el mayor valor combaten por la doctrina de Jesucristo, por su religion, y por sostener su causa? Debemos pues recurrir siempre á la oracion y á las preces; estas son las verdaderas armas y el apoyo principal de la defensa.

Por tanto, para que no se distraiga la

hoc tempore precationum officiis distrahi, aut averti possint animi, occludi jussimus, et pro reliquâ hujus anni parte, et pro toto insequenti anno theatra in hâc urbe omnia, cæteraque profanæ hilaritatis spectacula præsertim bacchanaliorum prohibuimus. Sed ut certiùs, ac efficaciùs ad exaudiendos clamores nostros misericordiarum patrem inclinemus, vos ipsos, VV. fratres, vestræque fidei concreditos populos, ad luctûs votorumque nostrorum societatem evocamus; neque enim extranei a nobis estis, sed eodem nobiscum spiritu, ac eâdem etiam temporalium rerum sorte ita conjuncti, ut nihil vel lætum, vel triste, calamitosumque nobis accidere possit, quod in vos, diœcesesque vestras non redundet. Itaquè cùm hæc eadem in vos procella, tanquàm in eâdem navi constitutos ingruat, supplices etiam voces vestræ cum manibus ad cœlum attollendæ nobiscum sunt, ut nubes penetrare, ac ad divinæ majestatis solium pervenire, sistique valeant, ac inde subventuram no-

atencion con otros objetos de la justa obligacion que hay de orar, como lo exigen tan calamitosas circunstancias, hemos mandado, que por todo el año próximo y el tiempo que falta del presente, esten cerrados todos los teatros de esta ciudad, prohibiendo al mismo tiempo las demas diversiones profanas, especialmente las de carnaval. Y á fin de inclinar mas segura y eficazmente al Padre de las misericordias, y que se digne oir nuestros ruegos y clamores, tambien vosotros, venerables hermanos, debeis, como igualmente los pueblos confiados á vuestro zelo, acompañarnos asi en el dolor como en los votos; pues que lejos de sernos estraños, os hallais unidos á nuestra suerte é identificados por unos mismos sentimientos, y aun por los mismos intereses humanos; de manera, que ningun suceso puede ocurrirnos, bien sea agradable ó bien funesto, que no recaiga igualmente sobre vosotros y sobre vuestras diócesis. Hallándoos pues amenazados de la misma tempestad, porque navegamos dentro de un mismo barco, es menester que tambien levanteis las manos al cielo, para que reunidas nuestras súplicas, penetrando las nubes, puedan llegar al trono de la divina magestad y fijarse alli, á fin de impetrar el ausilio de

bis, apostolicæ sedi, catholicæ ecclesiæ elicere, ac impetrare clementiam. Idèo beatissimæ Virginis Mariæ patrocinio, quæ est via, per quam Salvator advenit, sanctorumque omnium, ac præsertim B. Petri apostoli, ac S. Pii V., quos hoc tempore potissimùm invocandos statuimus, intercessione confisi, rursùs pro vobis, vestrisque plebibus ecclesiæ thesauros recludimus, ac plenarias in formâ jubilæi concedimus peccatorum indulgentias omnibus iis vestrarum diœcesium, qui opera, quæ hîc subjiciemus, præstabunt, quæ gravissimis horum temporum necessitatibus visa sunt convenire, consecuto nimirùm apud nos ex iis plurimo, ac singulariter commendando hujus populi nostri fervore. Neque enim præterire silentio possumus, quantoperè commoti fuerimus, cùm redundare multitudinis concursu templa videremus, cùm frequentissima sacramentorum fieret perceptio, cùm viæ penè omnes conspicerentur supplicationibus refertæ non jàm imperatis a nobis, sed spontè susceptis, capitulorum, religiosorum ordinum, collegiorum, congregationum, commu-

la divina gracia en nuestro favor, de la Sede Apostólica y de la Iglesia católica. Llenos de confianza en el patrocinio de María Santísima, que fue la senda por donde nos llegó el Salvador, en la proteccion de todos los Santos, y principalmente en la del bienaventurado apostol S. Pedro, y del Papa S. Pio V. que hemos invocado sobre todo, en las circunstancias actuales, hemos mandado abrir de nuevo los tesoros de la Iglesia para vosotros y vuestros pueblos, concediendo indulgencias plenarias de los pecados en forma de jubileo á todos los fieles de vuestras diócesis, que cumplan las condiciones que se espresarán á continuacion, y nos han parecido las mas oportunas, habiendo visto con edificacion, que su práctica en este nuestro pueblo, ha producido los actos mas estraordinarios de fervor y dignos de todo elogio. No es posible pasemos en silencio la grata sensacion que nos ha escitado contemplar el concurso de gentes que llenaba los templos, el gran número de fieles que acudía continuamente á recibir los sacramentos, ver casi todas las calles frecuentadas de procesiones, no en virtud de órden nuestra, sino por efecto de devocion, compuestas de cabildos, órdenes religiosos, colegios, congregaciones, comunidades, y de

nitatum, conservatoriorum, prælatam crucem ordinatim, pieque sequentium, quæ nos partim audientes, partim nostris etiam oculis subjicientes, continere lacrymas præ gaudio non potuimus, neque non in maximam excitari divinæ opis fiduciam, tantò totius civitatis nostræ in divinum cultum studio, tantâ devotione, pietate, religione consequendæ.

Quapropter per continuum duarum hebdomadum spatium ab unoquoque vestrûm præfigendum, designentur in suâ cujusque diœcesi tot ecclesiæ, quot concurrentis populi commodo satis esse poterunt, in iisque orationes adhibendæ, quæ præsertim ad pœnitentiam, contritumque cor, ac ad divinam impetrandam misericordiam referantur, adjunctis præterea precibus ad consequendam sanctissimæ Dei matris, B. Petri, S. Pii V, ac civitatis, seu loci patroni, vel patronorum principalium intercessionem. Atque ut fideles ardentiore animo tunc ad ecclesiam concurrant, iis omnibus, qui saltem tribus vicibus unam ex præfatis ecclesiis visitaverint, ibique ad Deum preces

los acogidos en las casas de misericordia, quienes con la mayor piedad y el mejor órden seguían detrás de la cruz. Cuando oíamos la relacion de actos tan edificantes, ó los veíamos con nuestros propios ojos, no era posible contener las lágrimas de gozo, ni dejar de concebir la esperanza mas firme, de que el Señor concedería sus ausilios á los que mostraban tanto amor al culto divino, y unos sentimientos tan ardientes de piedad y de religion.

En consecuencia, por el espacio de dos semanas consecutivas, que prefijaréis á vuestra discrecion, se designarán en cada diócesi las iglesias que se consideren á propósito, atendido el concurso del pueblo para hacer en ellas oracion, dirigida especialmente á merecer el don de la penitencia, una verdadera contricion y la misericordia divina, añadiendo tambien preces para alcanzar la intercesion de la Santísima Vírgen madre de Dios, de S. Pedro, de S. Pio V, y del Patrono ó Patronos principales del pueblo. A fin de escitar mas y mas la devocion de los fieles, y que estos concurran con el mas ardiente fervor á la Iglesia, concedemos á todos los que visiten, por lo menos tres veces, una de las iglesias designadas, elevando á Dios sus preces, segun nuestra

juxtà mentem nostram fuerint, et peccata sua confessi, ac sacrâ communione refecti fuerint in unâ ex iis designandis hebdomadis, et pauperibus aliquam eleemosynam pro suâ cujusque pietate erogaverint, ac feriâ quarta, sextâ, et sabbatho jejunaverint, plenariam in formâ jubilæi peccatorum indulgentiam concedimus, et impertimur.

Moniales verò, aliique in aliquâ communitate degentes, cùm præscriptas à vobis recitaverint preces in loco, in quem ad orandum convenire solent, cæteraque præstiterint opera pro suâ cujusque facultate, eamdem lucrari poterunt indulgentiam, ac si unam ex dictis ecclesias ter visitaverint.

Id ipsum pariter intendimus de detentis in carceribus, ergastulis, arcibus aliisque custodiis, eosque sacri hujusce thesauri ad suarum animarum profectum participes fieri volumus.

Similiter qui valetudine aliquâ impediti fuerint, vel aliâ legitimâ causâ, si easdem preces recitaverint, vel alia præstiterint opera, precibus ipsis, ad quarum recitationem impotes erunt, per commutationem ar-

intencion, que hayan confesado sus pecados y recibido la comunion, en una de las semanas que se señalen, que hubiesen dado alguna limosna, conforme á su piedad, y hubiesen ayunado miércoles, viernes y sábado, indulgencia plenaria y remision de los pecados en forma de jubileo.

Respecto de las religiosas y demás personas que viven en comunidad, con tal que hagan las preces que prescribiréis, en el sitio en que acostumbren reunirse para hacer oracion, y hayan cumplido con los demás deberes, segun sus facultades, podrán ganar la indulgencia del mismo modo que si hubieran visitado tres veces una de dichas iglesias.

Estendemos igualmente el mismo beneficio en favor de los que se hallen detenidos en las cárceles, torres, castillos ú en otras prisiones, queriendo que participen de este tesoro espiritual para el bien de sus almas.

Del mismo modo, á todos aquellos que estén impedidos por enfermedad ú otra causa legítima, con tal que hagan las mismas preces, ó que en el caso de que tampoco pudieran hacerlas, satisfagan en su lugar las obras piadosas, que por conmutacion hecha al arbitrio del confesor, les fueren sus-

bitrio confessarii substituta, eâdem potiri posse indulgentiâ concedimus.

Demùm ne hoc spirituali beneficio careant, qui pastoritiam artem exercent, cùm ipsi nequeant a suorum gregum custodiâ, nisi breviter, et divisis inter se vicibus discedere, eisdem etiam consulere volentes, permutamus ipsis designatas ecclesias in unius ecclesiæ propinquioris visitationem, ab unoquoque semel faciendam, ut ita, si sua peccata confessi, sanctissimæ eucharistiæ sacramentum devotè susceperint, præmissam indulgentiam consequi valeant.

Atque hæ ipsæ indulgentiæ per modum suffragii applicari poterunt pro animabus in purgatorio existentibus.

Ad quos effectus faciliùs consequendos, fideles utriusque sexûs, tàm laici, quàm ecclesiàstici sæculares et regulares cujuscumque ordinis, congregationis, et instituti eligere sibi poterunt in confessarium quemcumque sacerdotum ex approbatis, tamen respectivè ad dictas personas, iisque confessariis amplam impertimur facultatem absolvendi pro unâ vice in foro conscientiæ a quâcumque sententiâ excommunicationis, suspensionis et interdicti; aliisque

tituidas, concedemos que puedan ganar la misma indulgencia.

Finalmente, para que no carezcan de esta gracia espiritual los que están ocupados en el oficio de pastores, quienes no pueden abandonar sus rebaños sino por poco rato y supliendo alternativamente entre sí la ausencia, les permutamos, consultando por su bien, la visita de las tres iglesias designadas en una, y que se halle mas inmediata, haciéndola solamente una vez; de modo que si despues de confesados sus pecados, recibieren dignamente la sagrada comunion, podrán ganar dicha indulgencia.

Podrán tambien aplicarse estas mismas indulgencias por vía de sufragio por las almas del purgatorio.

A fin de que se consigan mas fácilmente estos bienes espirituales, los fieles de ámbos sexos, así legos como eclesiásticos, sean regulares ó seculares de todos los institutos, congregaciones y órdenes, podrán elegir por su confesor á cualquiera sacerdote, que esté aprobado, entendiéndose respectivamente á dichas personas, y concedemos á estos confesores licencias amplias para absolver por una vez en el foro de la conciencia, de toda sentencia de escomunion, suspension y entredicho, como tambien de cualesquiera otras sentencias

ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a sacris canonibus, et judicibus quâvis occasione, et causâ latis, seu inflictis; necnon et ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam locorum ordinariis, sive nobis, et sedi apostolicæ per quascumque nostras, aut romanorum pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, et hâc vice tantùm absolvere, et liberare valeat; reservatis tamen, atque exceptis hæreticis dogmatizantibus, et in delicto complicibus; itemque valeat vota quæcumque (religionis et castitatis exceptis) in alia pia, et salutaria opera commutare; injunctâ tamen eis, et eorum cuilibet in suprà dictis omnibus casibus pœnitentiâ salutari, aliisque pro ejusdem confessarii prudentiâ injungendis. Non intendimus autem per præsentes, sicuti prædecessorum nostrorum nemo in publicatione jubilæi unquàm intendit, super aliquâ irregularitate publica, vel occultâ notâ, defectu, incapacitate, vel

eclesiásticas, censuras y penas establecidas por los sagrados cánones y jueces, sea cual fuere la ocasion ó motivo de su imposicion, é igualmente para absolver y desatar en el foro de la conciencia, y solamente por esta vez, de todos los pecados, escesos, crímenes y delitos por graves y enormes que sean, reservados de cualquiera modo, bien sea á los ordinarios locales, bien sea á Nos y á la Silla Apostólica por nuestras constituciones ó por las de los romanos Pontífices predecesores nuestros, cuyo tenor queremos se tenga aqui por espresado; esceptuando sin embargo y reservándonos el crímen de los hereges que dogmatizan y sus cómplices en el mismo delito: concedemos tambien facultad de conmutar cualesquiera votos (esceptuados los de religion y castidad) en otras obras piadosas y saludables; pero imponiendo á cada uno de los pecadores en todos los casos que quedan mencionados, la penitencia que sea oportuna y demas medios de satisfaccion que la prudencia del confesor tuviere por conveniente imponerle. Mas no es nuestro ánimo, ni tampoco lo fue nunca el de nuestros predecesores en la publicacion del jubileo, dispensar por las presentes de las irregularidades públicas ú ocultas contraidas de cualquiera modo

inhabilitate quoquomodo contractâ ex defectu dispensasse, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentes iis, qui a nobis, vel ab aliquo prælato, seu judice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti fuerint, nisi intrà ejusdem jubilæi tempus satisfecerint, et cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Ad præscripta opera, quæ pro lucrandâ indulgentiâ fieri postulamus, adjungimus adhùc hortationem nostram, ut unusquisque fidelium aliquid boni ex suæ pietatis, ac virtutis arbitrio conferat. Et si in aliquâ diœcesi religiosorum ordines qui ibidem existant, canonicorum collegia, conservatoria, etc. conjunctim singula procedent ad ecclesiam, prout hîc Romæ ad plurimam populi ædificationem factum esse cognovimus, ut per viam in eundo, redeundoque recitent litanias sanctorum, implorentque

por notas, defecto, incapacidad ó inhabilidad que hubiesen resultado por defecto, ni de conceder en esta parte ninguna facultad de dispensar ó de rehabilitar y de restituir á su antiguo estado, ni aun en el foro de conciencia. Tampoco es nuestra intencion que las presentes puedan ni deban sufragar de modo alguno á los que espresa y nominalmente hayan sido escomulgados, suspensos ó entredichos por Nos ó por algun prelado ó juez eclesiástico, si no es con la condicion de que dentro del tiempo del jubileo hubiesen satisfecho y convenido con las partes interesadas.

Ademas de las buenas obras que, segun hemos prevenido, es necesario cumplir para ganar la indulgencia, exhortamos á todos los fieles, que procuren hacer alguna otra obra de beneficencia conforme les dicte su piedad y virtud. Y cuando en alguna dióćesi las órdenes religiosas residentes en la misma, cabildos de canónigos, y los que viven en las casas de misericordia &c. se reunieren para hacer juntos las procesiones, como hemos visto que se han hecho en Roma con la mayor edificacion, los escitaréis á que rezen por el camino, tanto á la ida como á la vuelta, las letanias de los Santos, y á que imploren la mediacion de sus san-

patronorum opem non sine aliis precibus ad pœnitentiam spectantibus, iisdem suggeretis; atque idcircò priùs ipsis in memoriam revocari curabitis quod S. Innocentius I. scripserat ad episcopos Aurelium et Augustinum: nostris communibus, et alternis plus agimus orationibus, quàm singularibus aut privatis.

Illud postremò unicuique vestrûm adjungere debemus, ut elapso jubilæi tempore, ne item elapsum esse precationum ad Deum tempus existimetur, proptereàque præcipuam in eo ponendam esse sollicitudinem vestram ad populum in peculiari divino cultu, ac pietatis exercitatione diù multùmque retinendum. Idcircò ab ejusdem conspectu, ac etiam cogitatione per integrum proximum annum omnia removenda, nostrâ auctoritate, sunt profanæ hilaritatis spectacula, theatrorum nempè, ac bacchanaliorum, quemadmodùm jàm hîc nos Romæ faciendum præcepimus.

Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus: quibus omnibus, et singuli, etiamsi de illis, eorum totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua,

tos Patronos, con otras preces propias para mover á penitencia. Con este objeto debereis hacerles presente de antemano lo que escribia S. Inocencio 1.º á los Obispos Aurelio y Agustin; "valen mas nuestras oraciones comunes que hacemos alternando, que no las privadas y personales."

Debemos finalmente prevenir á cada uno de vosotros, que concluido el tiempo del jubileo, no por eso se entienda que se concluyó el tiempo de la oracion y de las preces; por consiguiente debereis emplear todo vuestro zelo y solicitud en procurar que el pueblo persevere constantemente y sin interrupcion en el ejercicio del culto divino y de los actos de piedad. Por lo tanto, con el fin de separar de su vista y atencion todos los objetos que pudieran distraèrlos, mandamos que se suspendan por todo el año próximo en vuestras diócesis todos los espectáculos profanos, teatros y fiestas de carnaval del modo que hemos mandado se ejecutára en Roma.

Las presentes seran ejecutadas, sin que obsten las disposiciones en contrario sean las que fueren; todas las cuales, ya en general, ya en particular, derogamos desde ahora, aun aquellas que exijan una mencion especial, espresa, exacta, individual y li-

ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servatâ habentes, hâc vice specialiter, nominatim, et expressè ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsùs fides habeatur, quæ haberetur iisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Demùm apostolicam benedictionem fraternitatibus vestris peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die XXIV novembris MDCCXCII, pontificatûs nostri anno XVIII.

R. Card. Braschius de Honestis.

teral de todo su contesto, y no solo una mencion hecha con cláusulas generales, conteniendo el mismo sentido ó en que hubiera de observarse otra forma particular, cuyo tenor damos por bastante espresado en las presentes, y por observada exactamente la forma prevenida en ellas; las derogamos por esta vez de un modo especial, circunstanciado y terminante para el efecto espresado como igualmente todos los demas reglamentos que se opongan, sean los que fueren. Queremos tambien, que á las copias ó ejemplares de las presentes letras aunque sean impresas si estuvieren suscritas por un notario público, y refrendadas con el sello de persona constituida en dignidad eclesiástica, se les dé la misma entera fe y crédito que si presentára y exhibiera original el testo mismo de las presentes. Finalmente os damos con el mas tierno afecto la bendicion Apostólica.

Dado en Roma en S. Pedro, sellado con el sello del Pescador á 24 de Noviembre de 1792, año 18.° de nuestro Pontificado.

El Cardenal Braschi de Honestis.

Declaratio et prorogatio facultatum concessarum a SS. D. N. archiepiscopis, episcopis, ac diœcesium administratoribus regni Galliarum.

PIUS PAPA VI.

Perpensis circumstantiis regni Galliarum, quæ deteriores fiant, perpensâque fugâ et absentiâ tàm archiepiscoporum, episcoporum, vicariorum, aliorumque diœcesium administratorum, quàm ecclesiasticorum singularum diœcesium, cùm videat planèque cognoscat sanctissimus Dominus noster, irritum et inanem evasurum usum facultatum absolvendi ecclesiasticos juratos et intrusos, concessarum jàm dictis archiepiscopis, episcopis, et ecclesiarum administratoribus duplici indulto diei 19 martii, et diei 13 junii hujusmet anni 1792, nisi aliqua moderatio adhibeatur legi priori indulto appositæ de non adhibendis hujusmodi facultatibus extrà fines suæ diœcesis, neque in locis dominio regis christianissimi non subjectis; *in vim*

Declaracion y prórroga de las facultades concedidas por Su Santidad á los Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las diócesis del reino de Francia.

PIO VI PAPA.

Nuestro Santísimo Padre habiendo observado que en las actuales circunstancias de Francia, cuyo estado se empeora por cada vez, y que fugados y ausentes los Arzobispos, Obispos, Vicarios generales y otros Gobernadores de las diócesis, como igualmente los eclesiásticos fieles de las respectivas diócesis, no podria tener efecto y seria absolutamente inutil el ejercicio de las facultades para absolver á los eclesiásticos jurados é intrusos que se concedieron á dichos Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las Iglesias de Francia, en sus dos indultos del 19 de Marzo y del 13 de Junio de este año de 1792, á no modificarse el artículo inserto en el primero de los referidos indultos, por el que se prohibia usar de las espresadas facultades "fuera de los límites de su diócesi, y fuera de los dominios sujetos al Rey cristianisimo", en virtud del presente in-

præsentis indulti tribuit, conceditque prædictis archiepiscopis, episcopis, et diœcesium administratoribus auctoritatem absolvendi, aut per se ipsos, aut per alios ab ipsis delegandos, singulos ecclesiasticos diœcesanos juratos. quamvis commorantes in alienis diœcesibus, etiam ditioni christianissimi regis non subjectis. Vult autem sanctitas sua, ut, in absolutionibus concedendis, serventur conditiones appositæ in dictis indultis; prætereàque vult, ut delegatio fiat in unum ex confessariis approbatis ab ordinario loci in quo commorantur ii, qui pœnitentiâ ducti absolutionem exposcunt. Quemadmodùm verò facultas hujusmodi absolvendi ecclesiasticos juratos et intrusos, unâ cum aliis facultatibus, quae dictis archiepiscopis, episcopis, et administratoribus per memorata et alia pontificia indulta ad annum concessae fuerunt, paulò seriùs aut paulò ocyùs finem sint habiturae, ita eadem sanctitas sua in vim praesentis indulti facultatem, de quâ agitur, et alias etiam facultates prioribus indultis comprehensas concedit, et prorogat ad annum, a die expirationis cujus-

dulto da y concede á los mencionados Arzobispos, Obispos y Gobernadores de las diócesis, la facultad de absolver por si mismos ó por medio de las personas que delegaren, à todos los eclesiásticos jurados de sus diócesis, aunque residan en otras diócesis, y que estén fuera de los dominios del Rey Cristianísimo. Pero Su Santidad quiere, que en las absoluciones que hubieren de concederse, se guarden y cumplan las condiciones prescritas en los dos Breves citados: al mismo tiempo manda Su Santidad, que la delegacion recaiga precisamente en un confesor aprobado por el ordinario del territorio en donde residan aquellos que arrepentidos y llevados del espíritu de penitencia pidan la absolucion. Y respecto á que dicha facultad de absolver á los eclesiásticos jurados é intrusos, como tambien las demas facultades concedidas á los Arzobispos, Obispos y Gobernadores por los indultos mencionados ú otras concesiones del Sumo Pontífice, solamente para un año, estan ya mas ó menos para espirar, Su Santidad renueva por las presentes la facultad especial de que se trata, y tambien las demas facultades contenidas en los precedentes indultos, prorrogándolas por un año que comenzará á contarse desde el dia en que

libet indulti respectivè incipiendum, si tamdiu horum temporum calamitas perduraverit.

Datum ex aedibus Vaticanis die X decembris MDCCXCII.

F. X. Cardinalis de Zelada.

Epistola encyclica, quâ generalis norma, per omnem statum Pontificium edicitur observanda, relatè ad ecclesiasticos Gallos, tàm sæculares, quàm regulares, qui eò emigrarunt (1).

Ex iis, quæ de hospitalitate ecclesiasticis Galliæ exulibus a sanctissimo Domino nostro indultâ sæpiùs a me ad N. N. praescribenda fuerunt, satis perspexerit jàm, eumdem sanctissimum Dominum eo ipso tempore, quo archiepiscoporum, episcoporum et regularium, aliorumque in Pontificio statu piorum locorum ardenti in re tàm gravi studio, atque amore mirificè delectabatur, nunquàm prætermisisse omninò, in conditionem moresque eorum exu-

(1) Hanc etiam ex italico in latinum idioma transtulit J. A. Z. SS. theolog. et J. U. doctor, natus in diœcesi Tridentinâ.

respectivamente espire cada uno de dichos indultos, si acaso las calamidades actuales llegasen á durar todo ese tiempo.

Dado en el Vaticano, á 10 de Diciembre de 1792.

F. X. Cardenal de Zelada.

Circular en que se prescriben las reglas generales que deben observarse en todo el Estado Pontificio, con respecto à los eclesiàsticos franceses emigrados, asi seculares como regulares.

De todo lo que os tengo prevenido repetidas veces en órden á la hospitalidad, y socorros que Ntro. Smo. Padre ha proporcionado á los eclesiásticos franceses refugiados en sus Estados, habréis podido conocer fácilmente que su Santidad, al mismo tiempo que sentía la mas viva complacencia, viendo el ardiente zelo y modo afectuoso con que los Arzobispos, Obispos, comunidades religiosas y otros establecimientos piadosos ausiliaban sus benéficas intenciones, no ha cesado un momento de emplear la mayor vigilancia en observar el es-

lum quàm solertissimè inquirere, ut nempè a sanctuario, quidquid pravi irrepere posset, arceretur, et eorum, qui victum illis receptumque amanter præbent, providere tranquillitati, quàm fieri poterat aptissimè, ac demùm necessariam habere rationem justæ distributionis onerum, quæ incumbere non sineret dilectis subditis suis, nisi gravioribus religionis causis inductus ad id fuisset.

Nihilò tamen minùs, cùm rectus ordo consentientem poscat suscepti consilii rationem, voluntas est sanctissimi Domini nostri, ut quae singulâ circumspectè agendâ sunt, ea in unam conjungantur generalem normam, in quâ archiepiscopi et episcopi in suâ quique diœcesi, dein regulares quoque totum id, quod ad curandos ab iisdem, regendosque novos hospites pertinet, haberent propositum.

Eum igitur in finem ordinat sanctissimus Dominus noster:

1.° *Ut quâvis in diœcesi accurata conficiatur, atque ad hoc secretarii statûs tabularium mittatur descriptio omnium ecele-*

tado y conducta de los refugiados, á fin de precaver no se mezclase en el santuario nada que pudiera empañarlo, y asegurar del mejor modo posible la tranquilidad de los que subvienen á su subsistencia, y dan la hospitalidad tan generosamente, y por fin procurar se distribuyan con una oportuna y justa proporcion las cargas que no hubiera permitido recayeran sobre sus amados súbditos, á no haberse visto precisado por poderosos é importantes motivos de religion.

Exigiendo, pues, el buen órden que se prescriban medidas oportunas y convenientes al designio adoptado, es la voluntad de Ntro. Smo. Padre, que todos los reglamentos particulares que han de observarse, se reunan en una misma instruccion general, en la que los Arzobispos y Obispos en sus respectivas diócesis, y del mismo modo los regulares encuentren todo lo que deben practicar acerca de los nuevos huéspedes, y un método fijo para cuidarlos y dirigirlos.

A cuyo fin nuestro Santísimo Padre manda:

1.º Que en cada diócesi se tome y remita al escribano de cámara de la secretaria de Estado una razon exacta de todos los

siasticorum Galliae exulum, qui in eâ degunt, tàm saecularium, quàm regularium, expresso singulorum proprio nomine, cognomine, patriâ, aetate, conditione, adjectâ pro ecclesiasticis saecularibus diœcesi, ad quam in Galliis pertinent, et ubi obierant ministerium suum: pro regularibus indicato instituto, quod professi sunt, provinciâ, cui erant adscripti, ac religiosa domo, de cujus familiâ extiterant: de utrisque verò significetur locus, monasterium, aut conventus, in quo nunc versantur, secundùm formam encyclicis hisce litteris adjacentem. Eâdem descriptionis occasione conferenda sunt documenta cujusque, et litterae commeatûs, quibuscumque ad diœcesim, in quâ nunc sunt, pervenere, in cancellariâ episcopi sunt asservandae.

2.° *Ut omnes ecclesiastici, tàm saeculares quàm regulares qui ex Galliis emigrarunt, quandò ingressuri sunt diversorium sibi assignatum, aut eo jam occupato, post promulgatam hanc encyclicam epistolam, teneantur edere consuetum juramentum cum professione fidei a Pio IV praescriptâ, ac praetereà jurare, manûsque suae subscriptione confirmare formularium*

eclesiásticos franceses emigrados, así seculares como regulares que existan en la misma, con espresion de sus propios nombres, apellidos, lugar de nacimiento, edad, estado, anotándose tambien, respecto de los seculares la diócesi á que correspondían en Francia, y donde ejercían su ministerio; y respecto de los regulares, se espresará el instituto que han profesado, la provincia á que pertenecen y el convento de que eran individuos; debiéndose tambien designar tanto de unos como de otros, el lugar, monasterio ó convento de su residencia actual, segun el modelo que acompaña á esta circular. Se tomará tambien al mismo tiempo una nota de los documentos que presente cada uno, y de los pasaportes en virtud de los cuales hayan llegado á la diócesi en que residen, los cuales deberán depositarse en la cancillería del Obispo.

2.° Todos los eclesiásticos emigrados de Francia, así seculares como regulares, antes de entrar en la casa que se les haya señalado, ó despues de haberla ocupado, deberán inmediatamente despues de promulgada la presente circular, prestar el juramento segun estilo, con la profesion de fe prescrita por el Papa Pio IV, y jurar además y firmar la fórmula establecida de

Alexandri VII. huc transcriptum commoditatis gratiá: Ego N. constitutioni apostolicæ Innocentii X. datæ 31 maii 1653, et constitutioni Alexandri VII. datæ 16 octobris 1656 summorum pontificum me subjicio, et quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui nomen Augustinus exceptas, et in sensu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas constitutiones sedes apostolica damnavit, sincero animo rejicio, ac damno, et ita juro. Sic me Deus, etc. (1). *Qui idem mos in multis Galliæ*

(1) Se ha censurado al Papa con motivo de haber exigido esta fórmula á los eclesiásticos refugiados. Cuando el Salvador preguntó á Simon: *Simon Pedro, ¿me amas?* se apresuró el Apostol á responderle: *si, Señor, yo os amo*: y añadió: *Señor, bien sabeis vos que yo os amo*: mas no le preguntó á su vez á qué venian semejantes cuestiones y tan recelosa importunidad. Ó bien los sacerdotes del Dios vivo que se llama *un Dios zeloso*, reconocen por verdaderos todos los puntos de la doctrina católica, y en ese caso ¿qué inconveniente pueden hallar en suscribir á ellos? Ó bien si ellos quieren hacer sus reservas ¿por qué les ha de parecer mal que el Papa haga las suyas? ¿Será posible que siempre hayan de existir hombres para quienes la esperiencia y aun el infortunio mismo no ofrezcan mas que lecciones estériles? ¿Y cómo será dable desentenderse de principios cuyas consecuencias son tan desastrosas como inevitables? ¡Ah! Pues que el orgullo y la obstinacion son las mas incurables de todas las enfermedades humanas, y de que frecuentemente adolecen las constituciones mas robustas, ¿por qué un médico espiritual no deberá emplear todos los remedios que considere eficaces ó para hacer la prueba de aquel que puede ser acometido ó para impe-

Alejandro VII, que se inserta aquí para mayor comodidad. „Yo N. me sujeto á la cons-„titucion Apostólica del Papa Inocencio X, „publicada en 31 de Mayo de 1653, y á la „del Papa Alejandro VII del 16 de Octu-„bre de 1656; repruebo y condeno con to-„da sinceridad las cinco proposiciones saca-„das del libro de Cornelio Jansenio, inti-„tulado: *El Agustino*, en el sentido del „mismo autor, conforme las condenó la Si-„lla Apostólica por dichas constituciones, „y así lo juro: que Dios &c.", con arreglo á la costumbre establecida, y que se observa aun en muchas diócesis de Francia. Su

dir que el contagio no se comunique al rebaño? El oráculo del Oriente, S. Leon, cuyas virtudes nos recuerda nuestro Papa Pio VI, escribía á Septimio y al Obispo de Aquilea para justificar los decretos de la misma clase: "Una de las precauciones mas saludables y aun indis-»pensables por severa que parezca, es obligar á todos los »eclesiásticos, sean quienes fueren, despues que hubiesen »reconocido ciertos errores, á condenar sin rodeos y sin »términos equívocos los mismos errores, y á los autores »ó propagadores que los hubiesen introducido anterior-»mente, á fin de que no dejando lugar absolutamente á »sentidos abusivos, no quede al error esperanza alguna »de inficionar por la insinuacion de sus principios á los »miembros sanos de la Iglesia, una vez que la confesion »de la fe haya asegurado por todas partes la uniformi-»dad de la creencia. Que no se detengan, pues, en con-»denar por medio de una declaracion franca y precisa á »los autores de esas opiniones erróneas; que detesten »cuanto la Iglesia universal abomina en esa doctrina y »que acrediten con testimonios esplícitos, públicos, com-

diœcesibus invaluit, viguitque adhuc; estque hæc mens sanctissimi Domini nostri, ut istiusmodi actus peragatur corám ordinario cujusque diœceseos, aut corám vicario generali, aliove viro ecclesiastico cujus explorata, doctrina est, quem ordinarii vice suâ ad id delegare poterunt.

3.° *Ut ne cui horum exulum ex diœcesi sibi assignatâ, absque expressâ ordinarii facultate, exire liceat: neque quisquam Romam venire possit, sine litteris commeatûs ab hoc secretarii statûs officio impetrandis per ordinarium, sub quo degit. Huic ipsi verò sanctissimus Dominus noster impertit potestatem relaxandi, atque in alia pia opera commutandi votum visitandi sacra limina. Quod si quis in alterutro ex his, quæ modò vetita sunt, contrá fecerit, censeatur pro omni tempore renunciasse cuivis in statu pontificio receptui; ex quo proin auferre se compelletur. Immo-*

»pletos y suscritos por su propio puño, en términos que »no sean susceptibles de oscuridad ni de equivocacion »su sincera adhesion y aprobacion formal á las consti- »tuciones sinodales dadas para la estirpacion de las he- »regías y confirmadas por la Sede Apostólica". Todos conocemos los derechos que han adquirido á la gratitud y al respeto de los verdaderos amigos de la religion por su zelo en defenderla con el precio mismo de su sangre: pero ¡ó Marcel, Marcel! Exclamaremos con S. Basilio, si has ganado mas de una victoria en defensa de la ver-

Santidad ha dispuesto, que este acto y el juramento se hagan ante el ordinario de la diócesi ó á presencia del vicario general ú otro eclesiástico de acreditada doctrina, á quien el mismo ordinario podrá delegar sus facultades.

3.º No se permitirá á ninguno de los refugiados salir de la diócesi que se le hubiese designado, sin espresa licencia del ordinario. Tampoco podrá ninguno venir á Roma sin pasaporte del Secretario de Estado, que deberá obtenerse por conducto del ordinario de la diócesi en que resida. Nuestro Santísimo Padre concede á dicho ordinario la potestad de relajar y conmutar en otras obras piadosas el voto de visitar los santos Lugares. Si alguno contraviniere á uno de estos dos puntos, se entenderá que ha renunciado á todo derecho de asilo en los Estados Pontificios, obligándosele en consecuencia á salir de ellos. El acalorado empeño con

dad, todavía te restan combates que sostener contra el error. La verdad espera de tí la mas noble de las conquistas; porque, añade S. Cipriano, el que rompe la unidad, no pensando como la Iglesia, no será admitido á la paz aun cuando sufriera la muerte por el nombre de J. C. "Nec si occisi pro nomine Christi foris fue»rint, admitti secundum Apostolum possunt ad Ecclesiæ »pacem, quando nec spiritu, nec Ecclesiæ tenuerunt »unitatem". (Epistola ad Anton. 51 in fine.)

(*Not. del ed. fr.*)

deratus atque impatiens impetus, quo nonnulli ad urbem metropolim accurrerunt, generalem hanc pro omnibus extorquet legem; neque vir sapiens eamdem, aut rigidam nimis, aut intempestivam existimabit.

4.° Si quis eorum profectus sit, aut ex diœcesi in quâ fuerat receptus, pedem extulerit, ejus ordinarius celeriter id ad secretarium statûs referat. Quod ipsum observetur, si quis oppetierit mortem. Quamobrem expediet, ut isti exules quovis bimestri, ordinario, ejusve generali vicario, aut si longior distantia incommodum pariat, viciniori vicario foraneo se sistant.

5.° Ut similiter compareat quivis, pro edendo specimine cæremoniarum missæ, coràm viro ecclesiastico ad id designato per ordinarium. Quæ quidem cautiones, cùm ab augustissimo mysterio profanationis periculum removeant, profectò nemini bono molestæ videbuntur.

6.° Ut ad tempus quod attinet, reficiendi corpus, domumque redeundi vesperi, adstrictos se norint ad horas, aliasque ordinis rationes ejus monasterii vel conventûs, in quo commorantur, pro frequentan-

que muchos se han apresurado á acudir á la capital, exige esta medida general, ni habrá un hombre prudente á quien pueda parecer dura ni intempestiva.

4.º Si alguno se ausentára ó saliera fuera de la diócesi en que hubiese sido recibido, el Ordinario lo pondrá inmediatamente en noticia del Secretario de Estado: esto mismo se verificará respecto de los que fallecieren. Al efecto, convendrá que los sacerdotes emigrados se presenten de dos en dos meses ante el Ordinario ó su vicario general, y si el lugar de su residencia estuviese demasiado distante, ante el vicario foráneo mas inmediato.

5.º Deberán presentarse del mismo modo á sufrir el examen de ceremonias de la misa al eclesiástico nombrado á este fin por el Ordinario. Sin duda los buenos reconocerán que son oportunas estas medidas, no siendo otro su objeto sino el de evitar el peligro de que se cometan irreverencias en el mas augusto de nuestros misterios.

6.º En órden á las horas de comer y retirarse antes de hacerse de noche, tendrán obligacion de conformarse con las que estén establecidas en el monasterio ó convento en que residan, y á guardar las demas reglas que alli se observen, asistiendo de dia á

do diurno choro, et aliis, quibus ecclesia eget, exhibendis servitiis: cùm sanctissimus Dominus eum in finem concesserit ipsis facultates accommodandi se in divino officio recitando ei loco, in quo degunt, ejusdemque directorio in celebrandis missis.

7.° *Etsi satis cognita sit regularium charitas, quâ ecclesiasticos exules acceperint adhuc, habuerintque; tamen episcopi non cessent ullo modo, hosce illis quâvis datâ opportunitate commendare, et instare hortatibus, ut laudabile opus in posterum prosequantur, neque id regulares tantùm, sed alii quoque omnes tàm ecclesiastici, quàm sæculares.*

8.° *Ut presbyteris exulibus missarum stipendia faciliùs comparentur, valeant eorum ordinarii attribuere iisdem ad celebrandum ea, quæ tempore visitationis adhuc retardata invenerint aut inventuri sunt: dein et permittere, ut quibus, ob ingentem numerum, in ecclesiis vel altaribus a fundatore aut benefactore designatis, satisfieri cunctis haud posset, ea ab iis sacerdotibus expleantur in ecclesiâ monasterii in quo vivunt; cùm sanctissimus Dominus eo consilio concesserit, ut privilegia et in-*

los oficios del coro, y prestándose á los demas servicios que exija la iglesia, á cuyo fin Su Santidad les concede la facultad de seguir la liturgia y el oficio divino del lugar de su residencia, y tambien su directorio para la celebracion de las misas.

7.º Aunque son bien notorias las pruebas con que los regulares han acreditado su caridad en hospedar y mantener á los eclesiásticos emigrados, no por eso deben los Obispos dejar de recomendar é inculcar en cuantas ocasiones se les presenten, no solamente á los regulares, sino tambien á los eclesiásticos de todas las clases, y lo mismo de seculares que continúen ejerciendo las obras de caridad.

8.º A fin de proporcionar mas facilmente el honorario de las misas á los emigrados, podrán los Obispos encargarles la celebracion de aquellas que durante las santas visitas hayan hallado ó en lo sucesivo hallaren estar atrasadas, y permitir que aquellas que por ser en número crecido no hayan podido celebrarse en las iglesias ó altares designados por el fundador ó bienhechor, se satisfagan por dichos sacerdotes en la iglesia del monasterio en que vivan; á cuyo efecto Su Santidad ha tenido á bien conceder, que los privilegios é indulgen-

dulgentiæ designatis ecclesiis vel altaribus annexæ prorogentur ad ecclesias et altaria. in quibus ii presbyteri ex tali ordinariorum dispositione istius modi missas celebrabunt.

9.° *Ut episcopi earum diœcesium, in quibus nulla suppetit, aut exigua ratio colligendi pro exulibus presbyteris eleemosynas missarum, convenire queant aliarum episcopos diœcesium, quæ iisdem abundant, sacram etiam Lauretanam domum, aliaque loca sancta, quæ in Pontificio statu sunt, a quibus si talia subsidia conferantur in diœceses, quæ illis egent, gratum id sanctissimo Patri accidet. Ac si ne his quidem conatibus effici poterit, ut istiusmodi eleemosynæ pro dictis presbiteris obtineantur, convertere se valeant episcopi ad secretarios congregationum visitationis apostolicæ, et fabricæ S. Petri, qui hâc ipsâ de re, nomine sanctitatis suæ, ut par est, certiores jàm redduntur.*

10. *Ut in domibus religiosis, in quibus vi instituti, aut per constitutionem apostolicam, ne exteris quidem, qui ibi morantur, carnes apponi ad corporis refectionem possunt, liceat episcopis impertire facultatem,*

cias concedidas á las espresadas iglesias y altares, se estiendan á las iglesias y altares en donde ellos celebren el santo sacrificio, conforme hubiese dispuesto el Ordinario.

9.° Los Obispos en cuyas diócesis no puedan facilitarse honorarios de misas en favor de los emigrados, ó que en el caso sean insuficientes, podrán dirigirse á los Obispos de otras diócesis donde hubiese mayor abundancia, y tambien á Ntra. Sra. de Loreto, y otros santos lugares situados en los Estados Pontificios, en el concepto de que si dan el escedente de los estipendios de sus diócesis á otras en que falten, será muy del agrado de Su Santidad. Pero cuando todos estos medios no fueran bastantes para proporcionar los estipendios necesarios para los sacerdotes emigrados, podrán los Obispos recurrir a los secretarios de las congregaciones de la visita apostólica y de la fábrica de S. Pedro, que han recibido ya sobre el particular las instrucciones convenientes de orden de Su Santidad.

10 En las casas religiosas donde por instituto ó por constitucion apostólica, haya prohibicion de comer carne aun para los forasteros que en ellos vivan, podrán los Obispos conceder la facultad de suministrarla

eas pro victu suministrandi ecclesiasticis sæcularibus, qui ex Galliis eò commigrarunt.

11. *Liberum sit ordinario, pro suâ prudentiâ, definire modum, quo applicatio missarum, quæ fient ab illis presbyteris, conciliari queat et cum ipsorum pro vestitu, rebusque aliis indigentiâ, et cum statu monasterii aut conventûs, a quo recepti sunt. Ipse pariter ordinarius dispiciat, quibus maximè rationibus eosdem ad utilitates suæ ipsius diœceseos possit convertere.*

12. *Nullus omninò, etsi* in sacris *constitutus jàm sit, ad ulteriores ordines promoveatur absque testimonio proprii episcopi, et expressâ licentiâ sanctissimi Domini nostri per hanc secretariam statûs impetrandâ. Quâ ipsâ viâ obtineri poterit, ut si nullæ penitùs exhiberi queant litteræ testimoniales, quod contingere aliquandò potest, sanctitas suas eum defectum convenienter suppleat. Atque hæc etiam de clericis intelligenda sunt, qui sacris initiari primùm avent.*

13. *Ut si confessarii desint linguæ periti, episcopus concedere valeat, ut alter al-*

para el sustento de los eclesiásticos seculares emigrados de Francia á quienes hubiesen dado acogida.

11. Queda á discrecion del Ordinario establecer el modo con que se pueda conciliar la aplicacion de las misas que celebren dichos presbíteros con los gastos necesarios de su vestuario y sus alimentos, y con el estado del monasterio ó convento en que residan. Dispondrá el mismo Ordinario igualmente lo que estime conveniente acerca de emplearlos con utilidad en el servicio de su diócesi.

12 Ningun eclesiástico francés aun cuando esté ordenado *in sacris*, será promovido á órdenes mayores sin presentar testimoniales de su propio Obispo y sin espresa licencia de Su Santidad, que deberá impetrarse por la secretaría de Estado, y cuando llegára el caso de que absolutamente no puedan exhibirse las letras testimoniales, lo que podrá suceder alguna vez, podrá obtenerse por el mismo conducto el que Su Santidad supla este defecto; cuya disposicion deberá tambien entenderse con respecto á los clérigos que soliciten ser admitidos á órdenes mayores.

13. Si no se hallasen confesores que sepan francés, el Obispo podrá autorizarlos

teri confiteatur, delectis iis, quibus maximè confidi posse videbitur; qui tamen idoneos esse, se examine comprobare tenebuntur.

14. *Si in numero ecclesiasticorum Galliæ exulum sæcularium vel regularium, qui perfugium nacti sunt in Pontificio statu, tales invenirentur, qui, extremo infortunio suo, juramentum civicum præstitissent, hi, pro absolutione a censuris ac dispensatione in irregularitate impetrandâ, episcopis aut generalibus vicariis diœcesium, in quibus degunt, se sistant, exponantque, quantoperè ipsos commissi pœniteat, utque id re comprobent, tria conficiant formalis retractationis exemplaria, quorum unum penès cancellariam ecclesiasticam maneat, alterum mittatur ad municipalitatem loci, cui jurejurando suo offensioni fuerunt, tertium verò ad partitionem respectivi districtûs, obtestando et hanc et illam, ut ea retractatio inseratur actis, et in publico proponatur. His primùm actis, plenèque observatâ hâc formâ, quæ remitti nullomodo possit, episcopi, aut eorum vicarii generales ad absolutionem a censuris procedere valeant, nempè relatè ad illos ecclesiasticos Galliæ, qui id juramentum ex hu-*

para que se confiesen entre sí, eligiendo al efecto los que merezcan confianza, y despues que hayan acreditado su idoneidad, sufriendo el examen correspondiente.

14. Si entre los eclesiásticos franceses seculares ó regulares refugiados en los Estados Pontificios se hallasen algunos que hubiesen tenido la desgracia de prestar el juramento cívico, deberán presentarse á los Obispos ó vicarios generales de las diócesis en que residan, para obtener la absolucion de las censuras y la dispensa de la irregularidad, esponiendo cuan arrepentidos se hallan de su culpa, y para justificar la sinceridad de su arrepentimiento, sacarán tres ejemplares de su retractacion, de los que uno deberá quedar en la cancillería eclesiástica, otro se dirigirá á la municipalidad del lugar donde dieron el escándalo con su juramento, y el tercero á la capital del departamento, suplicando á las respectivas autoridades de ambos puntos que inserten su retractacion en las actas y hagan se publique. Previos estos actos y cumplidas con exactitud las formalidades prevenidas que nunca podrán dispensarse, podrán los Obispos ó sus vicarios generales proceder á la absolucion de las censuras, esto es, respecto de aquellos eclesiásticos franceses que

manâ imbecillitate præstitisse videbuntur, eoque præstito abstinuerunt ab omni actu publico schismatis, ac reveriti sunt vim censurarum, quas incurrerunt, verique ac constantis doloris præbuerunt indicia. De iis verò ecclesiasticis qui ad lapsum juramenti civici contemptum censurarum, quibus implicuere se, addiderunt, easque subsecuto ordinum exercitio violarunt, aut planè extiterunt intrusi, *decernit sanctissimus Dominus noster, ut ii, posteàquam pœnitentiæ signa minimè dubia exhibuerint, totumque id quod suprà præscriptum est, expleriint, ab episcopis aut eorum vicariis similiter a censuris quidem absolvi queant; sed vult præterea, ut in pœnam violationis censurarum, aut intrusionis, antequàm episcopi, eorumve vicarii ad dispensandum in irregularitate progrediantur, aliquanto tempore ab iisdem episcopis, aut vicariis moderatè definiendo, ab ordinum exercitio suspensi maneant.*

15. *Porrò quemadmodùm præfija jàm lex est, ut omnes regulares, qui ex Galliâ migrarunt, ad monasteria vel conventus se referant eorum ordinum, quos et ipsi pro-*

hubiesen prestado dicho juramento por debilidad, y que despues de ya prestado se hubiesen abstenido de todo acto público de cisma, respetando con justo temor las censuras en que incurrieron, y dando pruebas de un dolor sincero y constante. En orden á los eclesiásticos que á la falta de prestar el juramento han añadido el desprecio de las censuras que contrageron, y han violado la prohibicion de continuar en el ejercicio de los órdenes ó han sido tambien intrusos, Su Santidad manda que despues que hayan acreditado con testimonios evidentes y nada equívocos su arrepentimiento y hayan cumplido las condiciones arriba espresadas, puedan los Obispos ó sus vicarios generales absolverlos igualmente de censuras; pero ademas manda, que en pena de haber violado las censuras ó del crimen de intrusion, los Obispos ó vicarios generales antes de concederles la dispensa de la irregularidad, los tengan previamente suspensos del ejercicio de los órdenes por algun tiempo que deberán fijarlo los mismos con moderacion.

15. Estando ya prescrito por la ley, que todos los regulares emigrados de Francia se presenten en los monasterios ó conventos de las órdenes é institutos que respectivamente

fessi sunt, idcircò operam dent archiepiscopi et episcopi, ut re cum superioribus singulorum ordinum communicatâ, id sollicitè servetur perfectèque, si quis fortè, qui nondùm obsecundasset, in eorum diœcesibus reperitetur. Convenienter huic regulæ deliberata est sanctissimi Patris voluntas.

16. *Ut pro admissione, cùm nota sit eorum conditio, nihil pecuniæ exigi possit, neque pro primis ut in usu est, expensis, neque ex assignatione annuorum cujusquam redituum. Verum superiores cujusvis monasterii aut conventûs, fraternâ charitate, moderationeque religiosâ, de vestitu, rebusque aliis quibus egent hi advenæ, eodem illis provideant modo, ac aliis quibuslibet, qui de religiosâ familiâ sunt, providere solent, si tamen, quod præsumitur, non omittant ipsi quoque hospites ex parte suâ conformare se applicatione missarum ad introductum ordinem, quem de monasterio, vel conventu tenent alii, in quorum convictu sunt.*

17. *Ut hi exules adstricti prætereà sint ad regulas et consuetudines cujusvis monasterii et conventûs, etsi discrepent a mori-*

hubiesen profesado, cuidarán los Arzobispos y Obispos, despues de conferenciar sobre el particular con los superiores de cada orden, tenga dicha disposicion el mas esacto cumplimiento en caso de haber en su diócesi alguno que no la hubiese obedecido, y con arreglo á ella, Su Santidad ha tenido á bien decretar lo siguiente.

16. Que en consideracion á su notoria indigencia no pueda exigírseles ningun dinero ni por el ingreso, ni por razon de los primeros gastos como es costumbre, ni tampoco por la asignacion de los réditos anuales que toquen á cada uno. Pero los superiores de los monasterios ó conventos, procurando conciliar la caridad fraternal con la economía religiosa, proveerán de vestuario y demas artículos que necesiten á los emigrados, del mismo modo que lo hacen con los demas individuos de la comunidad, en el supuesto, como es de presumir, que los mismos huéspedes no rehusarán conformarse en la aplicacion de sus misas al orden adoptado, que observen los demas del monasterio ó convento en que vivan.

17. Que dichos emigrados estén obligados á guardar las reglas y costumbres de cada monasterio ó convento, aunque sean diversas de las que se observen en los mo-

bus monasteriorum, conventuum ve, in quibus professionem ipsi emiserunt.

18. *Ut proindè in omnibus, ac per omnia accommodare se debeant stato ordini, temporique surgendi e lecto, adeundi ad chorum, ad mensam, relaxandi animum, perindè ut religiosi alii de monasterio vel conventu, a quo recepti erunt.*

19. *Neque singulare quidquam in refectione, aliis ve rebus possint exigere, sed eâ humanitate, charitateque, quæ aliis ejusdem religionis fratribus impenditur, contenti esse debeant.*

20. *Ut invigilent superiores omni cura, ne qui distineri se sinant supervacaneo literarum commercio, animoque distrahi, frequenti alios, ac sæcularium præsertim domos visendi studio.*

21. *Ut si monasterii cujusdam aut conventûs confessarii imperiti sunt Gallici idiomatis, superior ex ipsis religiosis exulibus deligat, quibus maximè confidere se posse credet, adstringendo eos ad examen quo se* idoneos *probent.*

22. *Ut regulares Galliæ exules, qui provisoriè tantùm recipiuntur, molestè ferre non debeant, si in actibus capitularibus et*

nasterios ó conventos en que hubiesen hecho profesion.

18. Que en consecuencia deben conformarse en todo y por todo al orden establecido y á las horas de levantarse, de acudir al coro, al refectorio y á la recreacion, del mismo modo que los demas religiosos del monasterio ó convento en que hayan sido recibidos.

19. No podrán exigir nada en particular, ni de alimentos, ni de otra cosa, debiéndose contentar con el mismo trato que por un espíritu de humanidad y caridad se suministra á sus hermanos de religion.

20. Los superiores celarán con el mayor cuidado que no haya quienes se distraigan y entreguen al estudio supérfluo de la literatura, ni se disipen sus ánimos frecuentando con visitas las casas de otros, y particularmente las de los seculares.

21. Si los confesores del monasterio ó convento ignorasen la lengua francesa, el superior elegirá de entre los mismos religiosos emigrados los que juzgue que merecen su mayor confianza despues de someterlos al examen que debe acreditar su *idoneidad*.

22 Los regulares emigrados de Francia no habiendo sido recibidos sino provisionalmente, no deben llevar á mal verse pri-

electionibus, eareant voce activâ et passivâ, nisi expressa habeatur facultas sanctissimi Domini nostri per hanc secretariam statûs impetranda, et ipsi instent superiores. Nihilominùs adhiberi ad ea officia possunt, quæ ab eorumdem pendent dispositione superiorum.

23. *Ut professi laici pari hospitalitatis officio recepti in monasteriis et conventibus defugere non possint munera, quæ ipsis imponentur.*

Deniquè perspecta sollicitudo, diligentiaque N. N. in id intenta erit, ut hæ pontificiæ ordinationes plenum in diœcesi effectum consequantur, utque omnes ecclesiastici Galliæ exules tàm sæculares, quàm regulares, qui in ea receptum obtinent, perindè ac ipsæ communitates religiosæ, certam earum accuratamque notitiam habeant, et sic nemo unquàm ignorantiæ excusatione uti valeat. Atque ita, etc.

Romæ XXVI januarii MDCCXCIII.

Epistola ad episcopum Lucionensem.

Perlatæ sunt sanctissimo Domino nostro amplitudinis tuæ litteræ cum litteris, quas Lucionensis diœcesis parochi ad te transmi-

vados de voz activa y pasiva en los actos capitulares y en las elecciones, á no tener permiso especial de Su Santidad espedido por esta secretaría de Estado y á instancia de los superiores. Con todo, podrán ser empleados en los oficios de que puedan disponer los superiores.

23. Los legos profesos recibidos igualmente por caridad no podrán negarse á desempeñar aquellos oficios en que fuesen empleados en los monasterios y conventos.

Finalmente vuestra acreditada solicitud y vigilancia harán que este decreto pontificio tenga el mas cumplido efecto en su diócesi, y que todos los eclesiásticos franceses asi seculares como regulares que han logrado en ella la hospitalidad, y del mismo modo las comunidades religiosas se enteren bien y penetren de su contesto para que en ningun tiempo puedan alegar ignorancia.

Roma 26 de Enero de 1793.

Carta al Señor Obispo de Luzon.

Se presentó á Su Santidad la carta de V. I. acompañada de la que os dirigieron los párrocos de la diócesi de Luzon: no es posi-

serunt. Ex his incredibile dictu est, quanto sanctitas sua superabundaverit gaudio in omni tribulatione fidelium Lucionensis diœcesis, audiens eorum fidem, ac studium in catholicâ religione tuendâ, necnon patientiam in perferendis malis, quibus luctuosissimis hisce temporibus ipsi affliguntur. Hinc, ut quantocitiùs fieri posset, eisdem fidelibus opitularetur; atque petitionibus tuis satisfaceret, eas selectæ cardinalium congregationi examinandas commisit; quæ autem a præfatâ congregatione decreta sunt, ac probata ab eâdem sanctitatê suâ amplitudini tuæ me significare mandavit.

Exponis itaquè non ita pridem a nationali conventu conditum decretum fuisse, quo præscribitur, matrimonia imposterùm in regno Galliarum celebrari debere coràm municipalitate, sive coràm officiali a municipalite delecto; a municipalitate verò, seu a præmemorato officiali recipi coràm quatuor testibus debere declarationem a futuris conjugibus emittendam sub hâc formâ verborum: Declaro me sumere N. N. in matrimonium: *quâ declaratione vicissim a duobus conjugibus factâ, ab officiali publico pronunciandum esse, eos in nomine legis*

ble esplicar el gozo que inundó el corazon de Su Santidad al saber que los fieles de la diócesi de Luzon enmedio de las tribulaciones de todo género, han desplegado tanta fe y zelo en defender la religion católica, y la mayor resignacion y paciencia en sufrir los males de que se ven afligidos en estos deplorables tiempos. Deseando, pues, Su Santidad proporcionar ausilios con la prontitud posible á los mismos fieles, y responder á vuestras cuestiones, ha encargado el examen de estas á una congregacion escogida de Cardenales, cuyas resoluciones aprobadas por Su Santidad, comunico á V. I. de su orden.

En vuestra esposicion habeis manifestado que la Asamblea nacional acaba de espedir un decreto por el que se manda, que en lo sucesivo deberán contraerse los matrimonios en el reino de Francia ante la municipalidad ó ante el oficial nombrado al efecto por la municipalidad; que la municipalidad, ó dicho oficial recibirá delante de cuatro testigos la declaracion de las dos partes contrayentes concebida en estos términos: *declaro que tomo por esposo (ó esposa) á F. F.*; cuya declaracion hecha recíprocamente por ambas partes, el oficial público pronunciará que están casados en nombre

conjunctos fore: præfato autem nationalis conventûs decreto nihil cautum esse ais, circà formam a Tridentino concilio præscriptam, quæ profectò, si nihil aliud obstaret, in vim tantummodò præmemorati decreti observari adamussim posset.

Ad formam a prælaudato Tridentino concilio præscriptam pro conjugiis ineundis, in eâ parte, quæ respicit parochi præsentiam, observari modò non posse a majori parte fidelium diœcesis Lucionensis molestè fers, propter legitimorum parochorum deficientiam: quâ ex re, mala et incommoda gravissima oboritura prævides. Hinc ut præmemorati Lucionensis diœcesis fideles in circumstantiis adeò luctuosis constituti, liberi declarentur ab observantiâ decreti Tridentini concilii pro conjugiorum celebratione, primùm animadvertis, non posse certò statui, notissimum concilii Tridentini decretum, quod legitur Sess. 24 de reform. matrim. cap. I. *publicatum reapsè fuisse in singulis Galliarum ecclesiis, quam quidem publicationis formam expressè re-*

de la ley. Haceis tambien presente, que en el espresado decreto de la Asamblea nacional nada se previene tocante á la forma prescrita por el Concilio Tridentino, la que como no se opusiera otro obstáculo, podria tambien cumplirse con el fin de dar fuerza á dicho decreto.

En orden á la forma que prescribió el Concilio de Trento para la celebracion de los matrimonios, observais con dolor, que respecto de la presencia de los párrocos que por dicha forma se requiere, no puede verificarse en el dia en la mayor parte de las parroquias de la diócesi de Luzon, por no haber pastores legítimos; y por consiguiente temeis que resulten males é inconvenientes gravísimos. Con el designio de evitarlos indicais pudiera declararse, que los fieles de vuestra diócesi en la lastimosa situacion en que se hallan, estaban esentos de la observancia del citado decreto del Concilio Tridentino, y esponeis en primer lugar que no puede afirmarse de un modo positivo, que el célebre decreto del Concilio Tridentino inserto en el *cap. 1.º de la ses. 24. de reformat. matrimonii* se hubiese publicado realmente en cada una de las parroquias de Francia, cuya forma de publicarse se requiere espresamente por el mismo Concilio, que

quirit Tridentinum, ut post triginta dies a publicatione factâ, incipiat obligare.

Sed de hoc ne tu quidem nimis instas, quoniam non magni momenti esse probè agnoscis (1). *Illud potiùs urges, et conficere conaris, quòd, posito etiam Tridentini concilii decretum fuisse in singulis Galliarum parœciis publicatum, non idcircò nulla, ac irrita censeri deberent matrimonia sine parochi præsentiâ contracta iis in locis, in quibus parochi præsentia haberi non possit. In cujus rei confirmationem, et clarissimorum virorum testimonia profers, et*

(1) Cuando se dice que la disciplina del Concilio de Trento no se recibió en Francia, solamente debe entenderse de los reglamentos particulares comprendidos en los diferentes capítulos que tienen por título general, *De reformatione*; pero nadie ha dudado jamás de que todo lo que se espresa en los Cánones y prescribe bajo pena de anatema está vigente y tiene toda su fuerza en este reino: tampoco se ha creido que estos artículos tengan en todo el orbe católico necesidad de mas sancion que la del mismo Concilio. De esta clase son por ejemplo los Cánones por los que la Iglesia estableció los impedimentos dirimentes: el canon por el que la misma declara que el impedimento que resulta de la ausencia del propio Pastor (á no haber una absoluta imposibilidad, en cuyo caso es preciso obtener dispensa) deberá estar en vigor en los diferentes lugares un mes despues de la publicacion de la ley que lo ha establecido. Ley que fué solicitada por la Francia, donde se publicó en los Synodos Diocesanos, en los Concilios Provinciales, y por la misma potestad civil que previene se observe bajo las penas impuestas por los Concilios. (Ord. de Blois, art. 40,

previene que dicho decreto comenzará á obligar pasados 30 dias despues de hecha la publicacion.

Pero ni aun vos mismo tomais empeño en sostener esta objecion, bien convencido de que en efecto no es del mayor peso; lo que sí llama principalmente vuestra atencion y procurais con anhelo que tenga éxito es, que aun cuando el decreto del Concilio Tridentino se hubiese publicado en todas las parroquias de Francia, no por eso deben invalidarse ni declararse por nulos los matrimonios contraidos sin la presencia del párroco en donde no haya sido posible proporcionarla; en cuya confirmacion alegais el testimonio de los varones mas ilustres y

declarac. del 26 Nov. 1639. edic. del Rei, 11 de Marzo 1697) Se necesitaba, pues, de todo el torrente revolucionario para arrancar este dique que las dos potestades habían levantado de concierto para contener las malas costumbres. Reclamar como lo hacía cierto partido contra este reglamento, con el pretesto de que la Francia no había recibido el Concilio que lo estableció ó que por mejor decir lo había renovado de las antiguas costumbres, era imitar á los discípulos de Eutiches que no osando atacar de frente el primero de nuestros misterios, oponían argumentos sin cesar contra el Concilio de Calcedonia, mientras que S. Leon escitaba por medio de sus cartas á sostener su autoridad, porque "defender el Concilio era mantener en su pureza todos los dogmas de la religion y todos los principios de la disciplina."

(*Nota del edit. fr.*)

auctoritatem potissimùm sacræ congregationis concilii. Ab eâ enim pluries resolutum esse adnotas, satisfieri menti Tridentini concilii celebrando matrimonium corám testibus, ubi parochi præsentia haberi nequeat. Ex quo inferre te posse arbitraris, valida censeri debere matrimonia sine parochi præsentiâ celebrata ab iis fidelibus Lucionensis diœcesis, qui parocho carere coguntur, quoniam in vim præmemorati decreti nationalis conventûs, matrimonia contrahi debent corám municipalitate, seu officiali ab ipsâ municipalitate delecto, quodque multùm interest ad id, de quo agitur, etiam corám quatuor testibus.

Hæc summa est eorum, quæ in tuâ epistolâ continentur, atque fermè hæc ipsa complectitur epistola, quam Lucionensis diœcesis parochi ad te transmiserunt.

Ut igitur iis omnibus, quæ proponuntur, opportunum daretur responsum, hæc, quæ sequuntur, a præfata cardinalium congregatione constituta fuerunt.

Primò. *Frustrá quæstionem modò mo-*

sobre todo la autoridad de la sagrada congregacion del Concilio, observando que en muchas de las resoluciones dadas por esta, se declara que se satisfacía y cumplía con la mente del Concilio Tridentino, si los matrimonios se celebraban en presencia de los testigos cuando no fuera posible celebrarlos en presencia del párroco, de que se puede inferir segun juzgais, que deben tenerse por válidos los matrimonios contraídos sin la presencia del párroco por aquellos diocesanos vuestros que se ven por la fuerza privados de su Pastor, pues que en virtud del citado decreto de la Asamblea nacional, los matrimonios en lo sucesivo deben contraerse ante la municipalidad, ante el oficial que esta delegáre, y ademas, lo que es de suma importancia para el caso, delante de cuatro testigos.

Esto es en sustancia lo que contiene vuestra carta, y viene tambien á ser lo espuesto en la que os han dirigido los párrocos de la diócesi de Luzon.

La congregacion de los Cardenales, á fin de dar una respuesta oportuna á los estremos propuestos, ha decidido en los términos siguientes.

Primero: es inutil suscitar ahora la cues-

veri, nùm Tridentini concilii decretum publicatum in singulis Galliarum ecclesiis fuerit. Cùm enim certò certiùs constet in ecclesiis Galliarum jàm usu recèptum esse, ut matrimonia celebrentur coràm parocho, et duobus, vel tribus testibus tanquàm in executionem decreti concilii Tridentini, hoc profectò satis debet esse, ut præsumatur facta ejusdem decreti publicatio, sicut apertè legitur in resolutione editâ a S. congregatione concilii die 26 *septembris anni* 1602, *quæ refertur libro* 1.° *decretorum pag.* 47 : publicationem præsumi, ubi id decretum fuerit aliquo tempore in parochiâ tanquàm decretum concilii observatum : *idemque statutum legitur in aliâ resolutione die* 30 *martii anni* 1669.

Secundò. *Lucionensis diœcesis fideles abstinere omninò debere a contrahendo matrimonio coràm municipalitate, aut coràm officiali a municipalitate selecto : cùm enim tùm ii, qui municipalitatem componunt, tùm officialis a municipalitate electus, sint publici functionarii, ut aiunt, juramentum a conventu nationali præscriptum emiserint*

tion de si se publicó el decreto del Concilio Tridentino en todas las parroquias de Francia, cuando es positivo y notorio hallarse establecido en todas las iglesias de dicho reino, que la celebracion de los matrimonios se haga en presencia del párroco y de dos ó tres testigos como si se hiciera en ejecucion del decreto del Concilio, debiendo ser esto bastante para presumir que se hizo la publicacion del espresado decreto, como terminantemente se previene en la resolucion dada por la sagrada Congregacion del Concilio con fecha 26 de Setiembre de 1602, y se halla en el libro 1.° de los decretos, pág. 47 y dice así: "se presume haberse hecho la publicacion de este decreto, »donde por algun tiempo se hubiese observado como emanado del Concilio." Lo mismo se lee en otra resolucion del 30 de Marzo de 1669.

2. Los fieles de la diócesi de Luzon deben abstenerse absolutamente de contraer el matrimonio ante la municipalidad ó ante el oficial nombrado por la misma, pues que todos los individuos que componen la municipalidad, como igualmente el oficial delegado por ella, siendo funcionarios públicos, segun los llaman, es preciso hayan prestado el juramento prescrito por la Asamblea nacio-

necessum est (1); *quapropter tanquàm schismatici, aut ad minùs tanquàm schismatis fautores jure ac merito reputantur. Ex his autem illud consequens est, abstinere omninò fideles debere a contrahendo matrimonio coràm municipalitate, seu coràm officiali a municipalitate delecto, ne ullâ schismatis contagione polluantur.*

Tertiò. *Curare idcircò fideles debere contrahère matrimonium coràm testibus, et quidem, quoad fieri possit, catholicis, priusquàm municipalitati se præsentes si-*

(1) La prestacion del juramento cismático presenta aqui una diferencia esencial entre los oficiales municipales ó notables que lo han hecho, y aquellos que reciben las declaraciones del matrimonio sin que sean obligados á prestar dicho juramento como sucede en el dia. Los primeros participaban en el crimen, por consiguiente toda comunicacion con ellos era una complicidad. Pero no deben ya reputarse sino como magistrados civiles; y el acto de presentarse ante estos magistrados imperiosamente mandado por las leyes civiles, bajo cuya dependencia nos ha sometido la orden de Dios, tiene derecho á la misma indulgencia que propuso para iguales casos la congregacion del santo Oficio el 29 de Noviembre de 1672 despues del mas profundo examen, y

nal, y por consiguiente deben justamente ser reputados por cismáticos, ó por lo menos como fautores del cisma; en cuyo supuesto se deja inferir naturalmente que los fieles por ningun título pueden celebrar matrimonio en presencia de la municipalidad, ni en la del oficial nombrado por la misma, para no participar del contagio del cisma.

3.º Los fieles deben procurar contraer los matrimonios delante de testigos, haciendo cuanto esté de su parte para que estos sean católicos, antes de presentarse á la mu-

confirmó mas adelante la autoridad apostólica del Papa Benedicto XIV en su constitucion 89, parag. 10, en el primer tomo de su Bulario. Las objeciones que pudieran hacerse contra esta opinion "solo tendrian fuerza, »añadía el sabio Pontífice, cuando el ministro herege »encargado de recibir las declaraciones de los contra»yentes, obrase como persona revestida de un caracter »sagrado, con intencion de ejercer una ceremonia san»ta, y santificar el contrato matrimonial, en cuyo caso »se daría margen para suponer que los católicos le re»conocían como ministro legítimo de Cristo, y aproba»ban y hacían profesion del rito herético; pero como »sucede generalmente lo contrario, y que solamente »suele asistir á los matrimonios de los católicos en ca»lidad de ministros puramente políticos, lejos de comu»nicar ninguna virtud sacramental á las preces ó votos »que dirige á los contrayentes, es mas justo escusar á »los católicos que se presentan ante él únicamente por »obedecer á las leyes del pais, y evitar asi las graves »consecuencias á que de otra manera se espusieran". Benedicto XIV *de Sin. Diœces.* lib. VI, cap. V, pág. 229 y sig. edit. in 4.º Ferrar. 1753.

stant (1), *ut præscriptam a nationali conventu declarationem faciant. Et quoniam complures ex istis fidelibus non possunt omninò parochum legitimum habere, istorum profectò conjugia contracta coràm testibus, et sine parochi præsentiâ, si nihil aliud obstet, et valida, et licita erunt, ut sæpè sæpiùs declaratum fuit a sacrâ congregatione concilii Tridentini interprete.*

Quartò. *Nihil tamen impedimento esse, quominùs fideles, ut civilibus potiantur effectibus, præscriptam a nationali conventu declarationem faciant, illud semper præ oculis habentes, nullum ab ipsis tunc contrahi matrimonium, sed actum merè civilem exerceri.*

Quintò. *Demùm in præfatâ declaratione facienda præ oculis habere debere saluberrimas regulas, quæ eâ de re legun-*

(1) Parece que despues de una prevencion tan precisa y terminante para que el matrimonio se contraiga delante de testigos católicos antes de presentarse al magistrado civil, no debia quedar ninguna duda ni eleccion. *Curare debere fideles contrahere matrimonium coram testibus catholicis, priusquam municipalitati se præsente sistunt.* Facil es comprehender el espiritu de este orden gradual. Presentándose primeramente ante la municipalidad, pareceria suponer que los fieles reconocian en este acto de presentacion alguna cosa mas que un acto puramente civil, y que se creian ligados por las palabras de *presente*, lo que no es asi, ni puede ser cier-

nicipalidad para hacer la declaracion que prescribe la Asamblea nacional. Y en atencion á que muchos fieles se hallarán en la absoluta imposibilidad de proporcionarse un párroco legítimo, con tal que no se oponga otra dificultad, serán válidos y lícitos segun lo ha declarado repetidas veces la sagrada Congregacion intérprete del Concilio de Trento.

4.º Que no hay dificultad en que los fieles para adquirir el derecho á los efectos civiles, hagan la declaracion que prescribe la Asamblea nacional, pero debiendo siempre tener presente que entonces de ningun modo contraen matrimonio, sino solamente ejercen un acto civil.

5.º Finalmente que cuando hicieren la espresada declaracion, deben tener á la vista las saludables y oportunas reglas que se establecen sobre este particular en la ins-

to sino cuando este acto se hace en presencia del párroco propio ú otro sacerdote con permiso del párroco ó del Ordinario, ó por lo menos delante de dos ó tres testigos, con arreglo al santo Concilio de Trento. No puede, pues, ser indiferente dar principio por la declaracion delante de testigos católicos. Por el contrario nada podria legitimar el otro modo, á no ser en uno de aquellos casos estremos, que aun en el dia son muy raros á pesar de todos los refinamientos de la persecucion.

(*Nota del ed. fr.*)

tur in instructione jussu sanctitatis suæ exaratâ die 26 septembris anni 1791 (1) super quibusdam quæstionibus a Galliarum episcopis propositis.

Atque hæc quidem, cùm præfatæ particularis congregationis cardinalium, tùm etiam maximè sanctitatis suæ nomine, amplitudini tuæ significanda habui, dùm ego meo nomine observantiæ meæ testimonium amplitudini tuæ defero, perennèmque tibi a Domino felicitatem precor.

Ex ædibus Vaticanis die XXVIII maii anno MDCCXCIII.

F. X. Cardinalis de Zelada.

(1) Vid. pag. 226, tom. II, huj. op.

truccion de 26 de Setiembre de 1791 [1] formada por orden de Su Santidad en respuesta á varias cuestiones propuestas por los Obispos de Francia.

Es cuanto debo prevenir á V. I. asi de parte de la congregacion de Cardenales reunida al efecto, como tambien y principalmente en nombre de Su Santidad, mientras yo tengo el honor de ofrecer un testimonio de mi alta consideracion á V. I. deseándole la mayor felicidad.

En el palacio del Vaticano á 28 de Mayo de 1793.

F. X. Cardenal de Zelada. [2]

(1) Véase pag. 227 del tom. II de esta obra.
(2) Véase tambien el suplemento al fin de este tomo.

Epistola ad præmuniendos antistites, clerumque et populum Galliarum, adversùs pseudo-episcopum, et vicarium apostolicum, Guillot de Folleville nuncupatum. Dilectis filiis nostris S. R. E. cardinalibus, ac ven. fratribus archiepiscopis, et episcopis, et dilectis filiis capitulis, clero et populo regni Galliarum,

PIUS PAPA VI.

Ad nostras manus devenit scriptum quoddam, cui titulus; Manifeste de l'armée chrétienne et royale, au peuple français, à Clisson, ce 1.er juin 1793. *Hoc itaquè scripto, nomine generalium ducum christiani exercitûs in vulgus typis edito, istud inter cætera declaratur, quòd volentes ipsi, quoad eorum fieri poterat, religionem catholicam pristino statui restituere, florentemque illam reddere, invitabant curatos et vicarios, generalibus facultatibus legitimorum episcoporum destitutos, ut se converterent ad episcopum* Agræ, *vicarium apostolicum in quodam oppido nuncupato* Saint-Laurent-sur-Sevre *commorantem, postulantes ab eo quomodò se gerere, et quam agendi rationem deberent inire.*

Carta dirigida á los Obispos, clero y pueblo de Francia, para prevenirlos contra el seudo-Obispo y vicario apostólico Guillot de Foileville. A nuestros amados hijos los Cardenales, á nuestros venerables hermanos los Arzobispos y Obispos, y á nuestros amados hijos los cabildos, clero y pueblo del reino de Francia,

PIO VI PAPA.

Ha llegado á nuestras manos un escrito intitulado: *manifiesto del ejèrcito cristiano y real al pueblo frances, en Clisson á 1.º de Junio de 1793.* Este escrito publicado en nombre de los oficiales generales del ejército cristiano, declara entre otras cosas, que deseando los mismos en cuanto estuviere de su parte restablecer á su antiguo esplendor la religion católica, invitan á los párrocos y vicarios destituidos en virtud de las facultades generales propias de sus legítimos Obispos á que se dirijan á Mr. el Obispo de *Agra* Vicario apostólico residente en Saint-Laurent-sur-Sevre para saber de él lo que deben hacer y como deben conducirse.

Nos quidem ignoramus, nùm scriptum hujusmodi sit authenticum nec ne: qui enim illud vulgavit, in eo monito quod hujusmodi scripto præfixit, liberum Gallis relinquit, ut eam scripto adjungat fidem, quam scriptum ipsum sibi vindicare arbitrentur.

Nihilominùs, sicut catholicæ religionis restitutio, ad quam non sine maximâ laude consilia prædictorum ducum spectare videntur, fuìt semper præcipua et singularis causa nostrarum apostolicarum sollicitudinum; et sicut memorati duces eligentes hanc ipsam ob causam virum hujusmodi, qui se episcopum Agræ, *et apostolicum vicarium appellat, nedùm propositum sibi finem minimè assequerentur, sed etiam latiorem errori patefacerent viam, non sine gravissimâ fidelium deceptione, cùm nobis constet titularem hujusmodi episcopum nullibi existere; et nunquàm a nobis vicarium hunc apostolicum destinatum fuisse; ita ad omnem ambiguitatem in re tanti momenti avertendam, consilium cœpimus monendi vos, dilecti filii nostri, ven. fratres, ac di-*

Ignoramos si el tal escrito es ó no auténtico, pues quien lo dió á luz advirtió en el prólogo con que lo acompaña, que dejaba al arbitrio de los franceses, darle aquel crédito que en su concepto pudiera ó no merecer la obra.

Con todo, como el objeto principal y mas importante de nuestra solicitud apostólica ha sido siempre el restablecimiento de la religion católica, cuyo designio parece se proponen tambien los generales del espresado ejército, haciéndose por tanto dignos de los mayores elogios, y como al mismo tiempo, eligiendo al efecto un hombre que pretende llamarse Obispo de Agra, y Vicario apostólico, bien lejos de lograr el fin propuesto, no harian sino abrir un camino mas ancho al error, exponiendo á los fieles á la impostura mas peligrosa, por constarnos que en ninguna parte existe Obispado de semejante título (1), y que nunca hemos nombrado á dicho sujeto por Vicario apostólico; en consecuencia para evitar dudas en asunto de tanta trascendencia, hemos juzgado conveniente preveniros, amados

(1) En efecto este nombre solo lo tiene la capital del Indostán en los Estados del Mogol en Asia, construida á las márgenes del rio Gemena, la que nunca ha tenido título eclesiástico.

lecti filii, ut si quis ausus fuerit uti titulo episcopi Agræ, et vicarii apostolici nomen accipere, tanquàm talis habeatur a nemine, imò ut omnes illum aversentur atque devitent tanquàm utriusque dignitatis invasorem, cujus quotquot essent actus, cùm sacrilegii, tùm nullitatis labe essent infecti.

Haud patet ex scripto, cujus superiùs facta est mentio, quo pseudo-episcopus nomine nuncupetur, sed aliundè innotescit ipsum appellari Guillot de Folleville.

Hinc hortamur in Domino unumquemque vestrûm, ven. fratres, ut singulos populos ac diœcesanos vestros de hujusmodi fraude admoneatis. Quoniam verò pseudo-episcopus et vicarius apostolicus iste moram trahere dicitur in præfato oppido S. Laurentii *diœcesis Pictaviensis, quæ haud pro-*

hijos nuestros y venerables hermanos, que si alguno osára tomarse el título de Obispo de *Agra* y de Vicario apostólico, nadie lo reconozca por tal, y que al contrario trateis de evitarlo y mirarlo como á usurpador de ambas dignidades, siendo cuantos actos ejerciera tiznados con el borron de sacrilegio y nulidad.

El escrito de que se trata, no espresa el nombre del seudo-Obispo, pero por otros conductos se sabe que se llama *Guillot de Folleville* (1). Por tanto exhortamos en el Señor á cada uno de vosotros, venerables hermanos, que hagais ver esta impostura á todos los pueblos de vuestras diócesis. Y respecto á que este pretendido Obispo y Vicario apostólico, se dice que hace mansion *en Saint Laurent*, ciudad de la diócesi de Poi-

(1) Presidente del consejo de los ejércitos católicos y reales: olvidó sin duda que el Dios de la verdad no quiere ser servido con la mentira. Los republicanos lo cogieron prisionero, y fué condenado á pena capital, la que se ejecutó en Angers á 6 de Enero de 1794. El año anterior por los mismos dias habia hecho su entrada en dicha ciudad con el ejército real triunfante, y recibió todos los honores que corresponden á la dignidad episcopal. A la hora de la muerte confesó haber usurpado el título de que habia usado y reparó con la edificacion de su muerte el escándalo de su impostura.

(Nota del edit. fr.)

cui absit a diœcesi Leonensi, ita vos, ven. fratres Pictaviensis et Leonensis episcopi, vosque etiam, quorum diœceses existunt in provinciis Pictavii et Britanniæ; eum zelum adhibeatis oportet, qui vobis communis est cum aliis egregiis regni Galliarum episcopis, et in id maximè debetis incumbere, ut diœcesanos vestros, quo meliori per vos fieri modo poterit, commonefaciendos curetis.

Ad fidelium monitiones, ven. fratres, vestros quoque monitiones adjungite ergà pseudo-episcopum, et vicarium, illi præcipientes, veluti nos per nostras hasce litteras eidem præcipimus, ut abstineat se a quocumque munere usurpatarum dignitatum obeundo, utque nefario crimine sanctè et sincerè ejurato, ecclesiæ satisfaciat, quò veniam et absolutionem obtineat ab iis gravis pœnissimis, quibus se subjunxit juxtà sacrorum canonum sanctiones commemoratas aliis nostris apostolicis litteris (1).

Equidem dubitare non possumus, ven. fratres, quin per unumquemque vestrûm

(1) Diei 13 aprilis 1791, 19 martii et 13 junii 1792.

tiers, poco distante de S. Pol de Leon, por lo mismo, á vosotros venerables hermanos los Obispos de Poitiers y de S. Pol de Leon, y á vosotros tambien, cuyas diócesis se hallan situadas en las provincias de Poitou, y de la Bretaña, nos dirigimos para escitaros á emplear todo el zelo que os es comun con otros ilustres colegas del reino de Francia, debiendo ser vuestra principal atencion prevenir é instruir sobre este objeto á los fieles de las diócesis del mejor modo que os fuere posible.

Hechas las prevenciones convenientes á los fieles, dirigid tambien vuestra voz, venerables hermanos, al seudo-Obispo y Vicario apostólico, mandándole como le mandamos por estas nuestras letras, que se abstenga de todas las funciones propias de las dos dignidades que ha usurpado, y renunciando santa y sinceramente sus criminales intentos satisfaga á las leyes de la Iglesia á fin de obtener el perdon y la absolucion de las penas graves que ha incurrido con arreglo á lo dispuesto en nuestras letras apostólicas anteriores (1).

No debe quedarnos duda, venerables hermanos, de que cada uno de vosotros,

(1) Del 13 de Abril de 1791, 19 de Marzo, y 13 de Junio de 1792.

semel ac fuistis ad vestras sedes relinquendas adacti, consultum satis fuerit spirituali populorum necessitati, adhibitis etiam iis estraordinariis facultatibus alios delegandi, quæ per nos concessæ vobis fuerunt. Nihilò tamen minus, si iniquorum hominum insectatio eò devenerit, ut vestras curas inutiles aut irritas fecerit, ita ut quidam sit locus, qui careat legitimo superiore ecclesiastico, hanc adeant apostolicam sedem ii, qui tantâ cum laude causam sacerdotii defendere se gloriantur; nos enim prompto ac legitimo occurremus auxilio, quod locum habebit, donec vos diœceses vestras regere atque administrare possitis. Interim faxit Deus, ut nostra et communia vota compleantur, ut vobis primo quoque tempore liceat ad vestras sedes reverti, et pastorali ministerio liberè fungi, utque inclyto Galliarum regno pax et religio reddatur, veluti assiduis precibus imploramus, et futurum confidimus, dùm vobis, dilecti filii nostri, ven. fratres, ac dilecti filii nostri, apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud Sanctam-Mariam,

supuesta la precision en que os visteis de separaros de vuestra grey, habriais atendido y provisto á las necesidades espirituales de los pueblos, haciendo uso al efecto de las facultades estraordinarias que os tenemos concedidas de poder nombrar delegados; pero cuando la persecucion de hombres perversos llegára al estremo de frustrar é impedir los efectos de vuestra vigilancia y zelo; y haya pueblos que se vean privados de legitimo superior eclesiástico, que en ese caso se dirijan á Nos los que con tanto honor se glorían de defender la causa del sacerdocio, pues inmediatamente les proporcionaremos los ausilios que deban emplearse hasta la época en que podais dirigir y gobernar vuestras diócesis. En el entretanto plegue al cielo se cumplan vuestros comunes votos, poniéndoos en estado de restituiros á la mayor brevedad á vuestras iglesias, y recobrar el libre ejercicio del ministerio Apostólico, restableciendo la paz y la religion en el ilustre reino de Francia segun que no cesamos de pedírselo en nuestras oraciones, y esperamos alcanzar de su misericordia, mientras os damos, amados hijos nuestros, venerables hermanos y amados hijos, la bendicion Apostólica con el mas tierno afecto.

En Roma, en Santa María la Mayor,

Majorem, die XXXI julii MDCCXCIII, pontificatûs nostri anno XIX.

Pius qui suprà.

Venerabili fratri Josepho-Mariæ, episcopo Genevensi,

PIUS PAPA VI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Intelleximus ex litteris fraternitatis tuæ Taurini datis pridie kal. augusti hujus anni, quâ virtute fraternitas tua in caussâ non solum nostrâ, sanctæque apostolicæ sedis, sed et universæ fidei catholicæ, adversùs eos se gesserit, qui novissimis hisce temporibus, attendentes spiritibus erroris ponunt in cœlum os suum, dominationem spernunt, majestatem autem blasphemant, quâ fide et quo zelo salutis animarum, quâ pietate et prudentiâ, opem etiam ferentibus compluribus ecclesiasticis viris, eisdem im-

